








CONSILIVM DE PESTIS REGIMINE, PRAESERVAtione, & cura, per Iacobũ Gengerum, Artium & Medicinæ Doctorem Eychstadij conscriptũ.

AVGVSTAE PER PHILIPpum Vlhardum procusum.

M. D. XXXIIII.

IACOBI GENGERI PHYSICI

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRAESVLI, PRINCIPI, AC DOMINO, D. GAbrieli de Eyb, Eychstadiensium Episcopo prædignißs. Simul & reuerendo in domino patri, D. Ioanni de Vuirsperg, primariæ sacræ ædis Eychstadiensis Decano optime merito, utriusq; censuræ doctori in primis consultiß. &c. Nec non & cæteris dñis admodum nobilibus & doctis, præfatæ ecclesiæ canonicis, D. & patribus suis obseruandiß.

S. D.



ONSVETVDO IAM OLIM INter nos fuerat admodum celebris, apud priscos insigniter communita Præsul ornatiß. Pater quoq; in primis reuerēde, Cæteriq; uiri apprime nobiles obseruandiß. Nos utpote nimirum propensos, salutari et fœlici ab instante anno recente, salutiferis atq; placabilibus admutuo salutare muneribus. Non aliunde, nisi ob indissolubile ac coëternũ amoris & honoris uinculum. Paulo apostolorũ precipuo præcipiente hoc subiungens ἀπόφθεγμα, alius alium honore præcedat. Vnde consentaneũ est plerosq;

amicorũ οἱ φέρισοι multa & egregia, quæ celsitudinibus ac paternitatibus uestris uarie arrideãt ἀπερείσια δῶρα certatim honore præueniendo adferunt.

Alius multiiugum uirtutũ equos, atq; multiuariarũ proprietatum canes. Alius ferarum omne genus. Alius cunctam uolatilium speciem. Donant alij aquarũ rapinas. Alij læta Bachi munera. Alij deniq; uaria & auri & argenti numismatũ genera, & plura his et præstantiora, quæ (quia referre longũ) silendo omittã. Neq; id abs re pater idemq; princeps sereniß. quum te religiosorum omniũ, principũ ac nobiliũ Antistitem grandæuũ, omnes iure colant optimo, reuereantur & suspiciant. Paucos. n. hoc experimur phœbo, magni nomĩs uiros, qui ad talem ultimã usq; perueniant senectam.

Ita ꝙ tu unus oĩm sis, non tam hac ætate supremus, ꝙ̃ uirtute maximus, nec unius quidẽ, alteriusuè eximiæ cuiuspiam, sed omniũ plane simul egregium quoddam specimen, spirãsq; ἀρχέτυπος. Principem agens qualẽ ipsa natura finxit clementẽ, pium, religiosum, et doctũ. Qui cæteros citra cõtrouersiam oẽs germaniæ nostræ Pontifices (quod reliquorũ pace dixerim) cum morũ innocẽtia, fide spectata, comitate festiua, grauitate senij inamarulenta: Tũ uita oĩ à dedecore longe lateq; semota, fama oĩm sincera, nulla sinistri rumoris labe aspersa, cõtinentia sancta, sollicitudine plusꝙ̃ paterna, incõpara

bili diuinarũ & humanarũ indagatione docta, canoni bus iuſtinianis funditus erudita, iuſtitia deniq; (ne harenas numerem) quæ in ſe uirtutem complectitur omnẽ longe poſt te interuallo relinquis. O fœlix terq; quater q; Præſul ac princeps, cuius aula ac regni moles, tot et tantis patet ingenijs, uiris inquã tam eruditione q̃ uita ἁγιστεῖα præditis condecorata. Quorũ prudentia præclara, conſilio maturo, & iudicio admodũ circũſpecto, plerumq; ardua fœlicitantur ac reſtituuntur negotia.

Ex quorũ albo, ut cæteros non tam eruditione q̃ uirtutibus claros ſilentio prætereã Ioannes de Vuirſperg οὗτος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, Eychſtadienſis Decanus omniũ officioſiſſimus, legum & canonum doctor conſultiſſimus, nobiliq; de proſapia admodũ generoſa, ſimul (ut conſtat) & graui, uir ſane abſolutã præter & inſignem litterarũ eruditionẽ, et iuris peritiam exquiſitæ diligentiæ, fœlicis ingenij, acris iudicij, admirabilis deniq; induſtriæ. Fidem præterea conſtantem habens imitatione dignam, perpetuisq; honoribus illuſtrandam. Taceo probitatem, qua non eſt Catone inferior. Prætereo pietatẽ, qua Aeneæ nõ cedit. Tranſeo liberalitatẽ erga benemeritos ſuffuſam, qua Quintium flamminiũ longe excedit. Omitto poſtremo admirabilem animi magnitudinẽ, ſingularem uitæ modeſtiã, ſummã largitionis benignitatem, maximã deniq; digni

tatis ac morũ obſeruantiã. Virtutesq; reliquas ne cœli ſtellas quidem numerem miſſas facio, quas nullum ſapientiſs. uirorũ ingenium, nulla hoĩm diſertorũ facundia, nedum certe doctiſsimorũ quiſpiã oratorũ κορυφαῖος ſingulari eloquentia dotatus, pro dignitate ſatis laudare queat ampliſsimas, & hoc quidẽ uolumine ſatis amplo & iuſto, neq; dum ego tam exili literarũ charta.

Poſt hunc, haud minoris eruditionis, grauitatis, & uirtutis præfato aſcribuntur albo, & cæteri (ne longũ texã κατάλογον) domini de primæuæ Eychſtadienſis eccleſiæ capitulo Canonici, ſupra periciam litterarum & diuinarum & homanarũ præclariſsimi, quorũ conſilio, prudentia, & iudicio regni huius moderatur moles, cum animi pulchritudine, tum conſilij maturitate ut effectus ipſi probant. Dij boni Deæq; omnes q̃ fœliciſsimis ingenijs, q̃ ~~acriminis~~ iudicijs, iuxtaq; ſtudijs p q̃ accuratiſsimis, q̃ placidis ac circumſpectis inſup moribus, quanta iuſtitia & æquitate, quanta diſciplinarũ ſciencia, quanta demũ humanitate uiri illi longe ſpectatiſsimi omnes præditi ſint, in apricum protulerunt iſtiuſmodi eorum uirtutes. Quis nam inficias ibit, illos ex hominibus licet, tam claris tamen prognatos ſtirpibus, tantis præcellentes dignitatibus, & uirtutũ inſignijs, ad hoc tam celebrium uirtutum muneris à domino uocatos: Quorum equidẽ nullus, qui bono admodũ zelo,

acerrimis

ſua de nobilitatis ſorte contentus, ad altiora uirtutum ac omnium ingenuarũ diſciplinarũ ſeſe non dederit ſtudia, ne tantum aliena parentum ſcilicet eorũ nobilium, de rebus iam olim erga imperiũ bene geſtis optime pro meritorũ rimari uiderentur. Sine harum nãq; acceſſu ϛέμμα eorum q̃tumcũq; generoſum, ab omnibus tamẽ incelebre ac inglorium prorſus haberi, & pene emortuum eſſe putant, niſi illud litterarum cognitione, qua nulla pulchrior, nulla iucũdior, nulla deniq; humanior efficerent clariſsimum: Quos æquum, pium, iuſtum, & condecentiſsimum eſt, ut indefeſsis, promptis & deditiſsimis obſeruamus obſequijs.

Atqui cum à longe circumſpicio magnificentiſsimi patrum celeberrimi, haud parũ dolere cæpi, ꝙ eiuſmodi nõ abundarem facultatibus, quibus placantur homines Deiq;. In ambiguo igitur heſitante, quid ingenio ſaltẽ deſignarem, quod ueſtras erga celſitudines & paternitates meum feneſtraret animũ, quodq; haud ingratum foret. Inſcius quo ſpiritu ductus, nõ nouam auſpicandæ beneuolentiæ uenationem inſpirante. Ad quam ego calami uenabulo, callidorum more uenatorũ inſtructus, memet q̃ agillime accingo. Venatorum inq̃ accuratiſsimorum τῶν περιϛιξαντων ſtudio, q̃ diligentiſsime ſua protendentium retia: Mox aditus uallant, nemora cingunt: Dein luſtra per inuia feras inueſtigare celeres do

rent canes, fortesq; disponunt molossos: Postremo hic sub ilice, ille uetusta sub quercu sternitur, aliū tegit grauis iuniperi umbra. Ecce inter rei medices scriptorum potißimorū nemora & saltus præda quidem exilis, per ingenioli mei canes celeres odorissecos, & studij mei immensi fortes molossos, ad mea cartharum retia festinanter sese obuiam fert: Multa tamen frequenti diuturna, nocturnaq; constitit hoc uenationis pabulū lectione, quod est hoc sequens de pestis regimine consilium. Non enim uidebā quo tandē alio, uel gratiore ἀποφόρητα, nouo hoc ineunte anno uestras exciperem celsitudines, q̃ si eo ex uenatu studiorum meorū aliquo, præfatas uestras salutarem paternitates, quo (ut semel oīa dicam) sincera uestrarum sublimitatum incolumitas, diutius exemplar diuinum plurimis esse, subsidiū inopis fore, derelictisq; consulere poßit.

Haud igitur abs re amplißime præsul, reuerende pater, cæteriq; uiri præclarißimi hoc sequens studij mei contra contagiosum pestis morbum hinc inde increbescentem consilium, uenatu ex prælibato depromptum Celsitu. atq; Paterni. V. ad instantis anni recētis ac fœlicis consolationem λακονικῶς & compendiosißime conscripsi. Aliorum imitatus exemplum, spicas decidua sublata messe colligens, & alienos p racemos uindemians, non ubiq; seruato modo uel ordine, nec oratio

nis dignitate, quã nec ingenium noſtrũ capit, profeßio ϖουδῦ admittit, reiq́; natura deteſtatur. Et ut penicius, uerius, ſeu clarius eloquar οὐ πρός ἰατροῦ. Nam ſicuti cuncta obiter oblata excerpſimus, ita latinitatem & barbariem redolent. Noſtra enim non eſſe ea quæ ſcribimus ingenuo confitemur pudore, paucis tamen ex induſtria adiectis, quibus Celſitudines atq; Paternitates ueſtræ (ut non ingratis, genuinis confiſi manſuetudinibus) ualetudinem proſperam, præſentem, & poſterã tueri, morbumq́; peſtiferum, neceßitate urgente (quod Deus miſericors auertat) profligere poßint ſperamus. Sint hæc itaq́; ſtrenæ Celſitudinibus V. uice quæſo, & amiciciæ pignus quoddam erga Paternitates ueſtras meæ, donec aliquando grandiora, ſimul atq; meliora reddiderit fors atq; uenatio. Quod ſi lætioribus auſpicijs nos ſequens exceperit annus, tum & nos quoq; maioribus uigilijs, acrioribusq́; ſtudijs ueſtras ornabimus Celſitu. & Paterni. Interim bene ac fauſtiter ualeant Celſitu. ac Paterni. V. quas ut dominus Deus, q̃ diutißime ſuperſtites & incolumes æuo ſemper optato & fœlici nobis ſeruet, uehementer exoptamus. Ex Eychſtadio VI. εἰδοὺς Nouẽb. Anno ab orbe redempto. M.D.XXXIIII.

DE CAVSSIS PESTILITATIS LVEM ADFERENTIBVS. Cap. I.



ESTIS MORBVS EST ἐπιδημιῶ (subito multis simul, codemq; tempore & loco mortalibus ingruẽs) nequißimus, uenenato ex uapore in aere concreatus, febre cũ uersuta uenenosa, cordis spũs corrumpens, & humores putrefaciens, festinamq; mortem ex caloris innati defectu accelerare faciens. Et nõ differt alijs à putredinis febribus, nisi sola uenenositate. Nam et ipsa nonnũq ex sanguinis, flauæq; bilis, pituitæ etiam, ac atræ bilis putredine caussatur. Plærumq; ex siccitate corporis nostri consumptiua substantiam depascente oboritur: Caliditas.n.exundanti humiditati iuncta, putredini magis obnoxia, perniciosior est pestis caussa. Interdum à caloris genuini suffocatione, putrescibili ex humiditate, à capite in cordis aut pulmonis regionem protinus distillante, spirituum meatus procludente gignitur: Hij quidem absq; tumoribus, apostematibus, alijsq; externis plærũq; decedunt signis. Quandoq; ex prauis uermium uaporibus, in uisceribus gene-

Pestis diffinitio causalis.

Deterior pestis caussa.

ratorum (dum ſcilicet ad cordis regiã eleuantur arcẽ) ſincopim, atq; irreparabilem animæ defectionem cauſſantibus exoritur. Vermes namq; & lumbrici hoc temporis tractu ex putri humorũ ac ſuperfluitatum maſſa (ut plurimũ è crudis fertilis anni fructibus comeſtis oborta) peculiariter naſcuntur. Qui uiuis nonnũq̃ ſtimulis immenſo inteſtina ſepius terebrant dolore, & horribilia cauſſant peſtilitatis accidentia q̃ plura.

Potior peſtis cauſſa.

Magis tamen ex aeris intemperie, q̃ terræ aut aquæ putredine (cum edaci ui ignis putredinis experti ob cõflagrationem nihil obſtet) hoc peſtis uicium late ſpargitur: Quando utpote aer cæteris multo liquidior paſſibiliorq; quibuſuis cauſsis mutatus, diſpari & ſubitanea qualitatum (omnis enim repentina aeris mutatio, deijcit actum propriæ uirtutis, teſtatur Galenus 2. Tegni) affectione, à ſua egreditur natura. Ex temporibus diſtraſiatus, cum tempora uidelicet temporaliter ſeſe minime reddiderint, aut manifeſtis aut occultis qualitatibus, alíud in alterius naturam mutatũ, ſuis in proprijs excelluerint qualitatibus.

Manifeſtiores peſtis cauſſæ.

Ex terræ etiam motu, tetro ſqualore, & obſcœno halitu, ex penitioribus terræ latebris poſt longam detentionem prodeunte, quo nos circumfuſi, per cordis reſpirationem uitalia lætaliter ſubit: Quoſdam per cutis meatus, maximè poſt ſudorem, poris apertis, ſanguine & ſpiritibus commotis, intoxicando obiter inuadit.

Multociens ex maris, paludium, lacunarū ac infectorū, atq; cadauerum putredine aeris natura uiciatur, interneq; perenni & ineuitabili haustus ac flatus reciprocatione, connaturalem cordis ac uitæ spiritū (cui in ministerium aut euentatione aut mundificatione, reperationis deniq; suæ substantiæ beneficio suffragari deberet) inficit, corrumpit et exterminat. Ita q; halitus talis exicialis (secundū Gale.) regionibus in propinquis cladem per uicos nouam inducit, sontem cū innocente auffert, depopulatur agros, ciuitates crebris lamentationū funeribus exhaurit, tandem respublica sublata hominum multitudine desolatur.

Ad duas igitur immediatiores caussas, tale tantūq; intoxicationis malum retorquent medici, aut ad uiciatū aera, aut ad corruptum ex mortalitate nutrimentum, maximè cum post annonæ caritatem seu penuriam, immensa frugum fertilitas ad priorem incitat nutrimenti humiditatem, quod plærumq; crudi faciunt arborū fructus: Aut uice uersa dum post rerum ubertatem sterilitas ingentem propter famem ad deterius cogit uictus alimentum, corruptū, naturæ abhominabile, contrariū & nociuum: Quo cum sana uescantur animalia, infectionis subeunt periculum: Nos deniq; animalibus ac terræ nascentibus usi, cōmune cum illis incurrimus uenenositatis malū, testante Auicenna secunda primi, doctrina 2. cap. de iudicijs & dispositionibus anni.

Immediatæ caussæ.

Quod si penitius huius diræ luis caussam ambiguitate omni exanclata indagare statuerimus, præsentissimum dicemus uenenatæ materiæ uaporem: Vel humorem in cauernis ac regione cordis receptũ, non excessu qualitatum primarũ, sed uenenefica sua natura, spiritũ caloremq; natiuũ tanq̃ basim uitæ obtruncantẽ: Omne namq; uenenum suapte natura cordi perpetuo inimicatur odio. Etiamsi caussas adhuc habeat uarias, & maxime abditas, ob id Galenus pestiferæ quidem cladis caussam in genere, & raro in specie cognitã asserit: Ex cuius calculo ingenij nempe perspecto, præsentissimã, & omniũ efficacissimã, Diuus affert Hippocrates, humana de natura caussam, dicens: Cum una ægritudine cõplures eodem homines tempore corripiuntur, caussam ad id reijcere debemus, quod maxime cõmune est, quó q; omnes utimur, id aũt spiritus est, quẽ accipimus reddimus, Quo infecto sincerus et laudabilis corrumpitur sanguis, qui tandem iuxta Galeni sententiã ad oĩa corporis membra maximè principaliora longam post dilationem manando diffusus, integrũ inficit corpus.

Caussa cõiuncta.

Pestis præterea cladẽ ingruere, imminere, uel increbescere, nulli fere hoĩm est perspicuũ nisi soli deo, cuius diuina namq; uindicta, scelerum ultrice, nullo stellarum cetu, nec siderum deliquio, aut defectu portentuoso, nec cometarũ flagrantia, sed plane ob grauem delictorum nostrorũ turpitudinẽ & terrorem ut resipiscamus ore

Caussa, ira ex diuina.

experimur prophetiæ diuino, æterno clamitãte furore Ezechielis 5. Ecce Hierusalẽ, *quia contempsisti iudicia mea, ut plus esses impia q̃ gentes faciã ego in medio tui iudicia in oculis gentiũ, tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui, & tertia pars tui in gladio cadet, & cõplebo furorem meũ, & requiescere faciam indignationem meã & consolabor*. Et iterũ 12. Relinquam *ex eis uiros gladio, fame & pestilentia paucos, ut narrent omnia scelera eorũ in gentibus*. Quocirca *seuerus ultor scelerũ* Deus *indignanter latius exclamat*: Non *parcet oculus meus furibundus hac in uirga pestiferæ cladis ferrea, nec miserebor*: Et *cum clamauerint meas ad aures uoce magna nõ exaudiam eos*: Exemplo *deniq; est lues illa* Græcanica, *irritato appollinis numine, ab* Homero *primo* Iliados *descripta*.

Ex *tabifico nonnũq̃ cœlesti siderũ errantiũ influxu, luminariũq; splendore negato, atq; infœlici* Saturni *et* Martis *coitu, pestem consurgere aiunt* Astrologi *contagiosam, potißimũ* Saturno *in domo sua scilicet* Aquario *signo humano fixoq; existente, quo ueteres mortalitatem pestiferam, ac publicã ex annonæ caritate famẽ prognosticantur*. Siquidem *mediocriter uel doctus uel sapiens, idipsum nunq̃ inficiatur, cœlestem ordinem instrumentũ creatoris existere, quo uniuersam mortalitatem, quicquid quattuor elementorũ circumflexu continetur & gubernat & dirigit*. Quod Ptolomæus *se-*

Caussa *ex cœlestiũ influentia.*

cundo quadripartiti capite attigit primo, & ſuo in centiloquio pluribus aſſerit locis, famē, peſtilentiā, prælia, terremotus, aquarū inundationes, uentorū flatus, legū & ſectarum innouationes, regnorū mutationes, fulgura, æſtus, ſiccitates ex ſolis et lunæ obſcuratiōibus, propter uirtutum amborū luminarium cōmixtionem oriri poſſe. Aequa etiam lance ex ſuperiorum ſiderum congreßibus, propter eorum motuum (Hali habenragel referente) tarditatem, horrendas emanare rerum mortalium mutationes.

Cum aūt paucis elapſis temporibus nōnullæ eiuſcemodi ſolis & lunæ ecclipſes, plures quoq; Saturni, Iouis & Martis conuentus, diuerſis cum cometarū quorundam apparitionibus, & quod potißimū eſt ſcelerū innumerabilium noſtrorū ſpurcitia, omni è ſtatu, ætate & ſexu, turpiter ac indeſinenter hoc perpetrata æuo obtigerūt, indiesq; eueniunt: Verendū eſt, ne ex diuinæ maieſtatis indignatione, eiuſq; opificij ſuperni cōſtellatione, aliquæ ſint horrendæ mutationes uenturæ, ut uix tuguriolum noſtris in tractibus ſuper ſit, quod non eius ſentiet calamitatū procellam tempeſtatibus exundantē. Vbi tum ueræ fidei, ſpei, & charitatis gratia, tū æquitatis iuſticia, per omniū ſolitudinū inuia aberrabit loca: Deus miſericors & propicius cuncta in proſperiorem diſponat & diuertat finem ſuppliciter exoramus.

Cauſſa ex peccatorū et ſiderum deliquio.

Poſtremo ſigna plærūq; ſuas cōcomitantur cauſſas.

ad præcedentiũ caussarũ transeamus signa, quæ cognita, magnam (secundũ Galeni sententiam primo tegni) afferunt cõmoditatem. Iacula namq; (ut aiunt) minus feriunt præuisa, maxime si contra ea per prouidentiæ clypeum munimur.

DE PROGNOSTICIS AEREM CORruptum præsagientibus. Cap. II.

SIGNA AEREM CORRVPTVM INDIcantia, cognituq; admodum utilia fore Diocles ad Antigonem meminit regem: Vt.n.in superioribus cœli regionibus tempestas nunq̃ oritur, quã non quædã præcedant signa, quibus nautæ, cæteriq; haud imperiti homines eo tutiores reddantur. Ita humanã certe naturã, nullus unq̃ afficit morbus, qui nõ signo aliquo præsagiri poßit. Cognito itaq; morbo, quod non aliunde nisi ꝑ signum euenit, iam dimidium curæ sibi uidentur adepti medici. Hinc ablata caussa, thesauro potiuntur curæ. Prognostica igitur caußis ex prædictis rimanda sunt. Cum tempora iam suis in qualitatibus plus æquo, diuulgatam iuxta tam Philosophorũ q̃ medicorũ opinionẽ excesserint, aliud scilicet in alterius mutatum naturã, ut si æstas calida & humida suam præter naturalẽ qualitatem nimiũ ueri boreali subsequuta fuerit, certißimũ est prognosticon aërem esse infectum, uirulentũ, putri-

Præsentis aëris infecti signũ.

dum, & mortiferum, Hippocrate primo Aphorismorum particula tertia attestante.

Cum præterea per aëris regionem uisæ fuerint impreßiones ignitæ, stellæ cadentes καὶ ἐπικαύματα, et ignes in aëre stantes ac uolantes, potißimum autumni tempore, aëre tum tenebroso & turbido existente, ac si pluuiam eo minaretur die, & tamen non pluit.

Dummodo quoq; uariolæ ac morbilli nedum in pueris, uerũ etiam in adultis, præter solitũ multiplicentur.

Prægnantes, dum occasione q̃tumuis leui præmaturo edito partu abortierint.

Quum insuper æstatis tempore subito post pluuiam magna ranarum quantitas in tergo cinericei, in uentre aũt citrini, ac alterius diuersi coloris apparuerit.

Nec non numerosa insectorum, uermium, ac reptilium multitudo.

Animaliumq; bestiolarum in cauernis terræ delitescentium copia & eorum progressus.

Quadrupedum ac natatilium interitus (quando à canibus & mulis Troianæ expeditionis pestem exorsam testatur Homerus) exitialis.

Auium deniq; in nidis oua sua derelinquentiũ, aërẽq; detestantium, profugium.

Sterilitas etiam ac annonæ penuria, uictum ad insalubrem copiosam ob hominũ multitudinem cogens, futuram omnia præsagire uidentur pestilitatem.

De signis

DE SIGNIS HOMINEM INFECTVM prognoſticantibus. Cap. III.

ETIAM HOC INFECTIONIS MALVM furtiue uel palam irreptũ, fores perfregiſſe, ac arcem noſtri corporis cõſcendiſſe cernitur: Si remiſſa ac lenta febris (rigore uel frigore preuio) in exterioribus cum multiplicatione fumoſitatum in ſudorem procliui abſq; effectu corpus occupauerit, maiusq; cauma in cordis regione ſentiatur ſecundum Auicen.

Signa à ſubſtantia liter in hærentibus.

Grauedo plærumq; totius corporis, laſsitudo, ſcegnities, & prouoluta membrorũ iactatio, cum eorundem uirtute iam penitus proſtrata.

Nec nõ capitis dolor, animi anxietas, inquietudinis, inſomnietas, cum ſenſus cõmunis alienatione, uertigine ſincopi & animi defectione, prauis ex uaporibus ad cerebrum & cor aſcendentibus oborta.

Somnolentia nonnunquàm, etiam continua à magis craßioribus frigidioribus intoxicatis fumis ad cerebrũ raptis cauſſata.

Facies ſenſibiliter ſua à uiuaci mutata natura, ut citrina, uel cacefia, cum tenſa frontis cute.

Oculorum acies immutata, uel ad afficientis humoris colorem conuerſa, ut citrini.

Appetitus deiectio, æque ut nauſea cũ febre tepida.

Sitis ingens clamoſa, & inextinguibilis.

Oris amaritudo cum inſipiditate.

Linguæ ſiccitas cũ cænoſa uel nigricante colluuie.
Pulſus frequens, paruus, & profundus.
Dolor in imo pectoris, & ſuprema ſtomachi parte (cuius orificium ueteres præcordia dixere) tußi cum aſpera, tetris à uaporibus cordi cõmunicatis orta.
Stomachi tandem dolor, ſplenis tumor, hepatis opilatio atq; debilitas, uapores groſſos cum ſanguine mixtos conſumere nequiens. Præuia itaq; diſpoſitio ad Hydropem, quam caceſiam uocant, infectos occupat.
Peſtiferæ præterea luis præſagium eſt urina aquoſa. Aquoſa ſubiugalis, turbida, feculẽta, groſſa, mali ſedimi nis, liuida quoq; urina, ad plumbi colorẽ uergens, magnam humorũ aduſtionẽ, aut caloris naturalis mortificationem ſignificat: Quæ quidẽ plurimũ peßima ab initio apparet, & modicæ euaſionis ſpei: Quãuis interdũ laudabilis ſeſe offerat talis urina, quæ plærũq; deceptoria eſt, ꝓpterea ꝙ a materia τοῦ χιλοῦ ἢ χυμοῦ, & non ex humoribus morbum cauſſantibus ſit eliquata.

Ab exeunte mutato.

Seceſſus uero ob eliquantis & caliditatis maliciam tenuis & liquidus, ex uentoſitatibus ſpumoſus, & exuberantem ꝓpter putrefactionẽ (qua flexiles naſcuntur in aluo) fœtidus, haud minorẽ oſtentat mortificationẽ.
Anhelitus ſuffocato ſimilis, fœtidus, magnus, clamoſus.
Sudor fœtidus, & frigidus cum uirium proſtratione.
Vomitus crebris cum ructibus, fœtidis & acetoſis.
Tumores deniq; glãdoſæ carnis (quas adenas dicũt)

in membrorũ regalium emunctorijs, utpote post aures, fauces, inguinesq; : Sub brachiorũ quoq; astellis, ac oĩm corporis membrorũ loco aborti, indubitata præsentis pestilentiæ sunt signa : Maxime cũ maculæ rubeæ, liuidæ, aut nigræ integrum per corpus fuerint sparsæ, tum funeralia adaptare lugubria, nulla salutis spe interueniente iubent.

Innumerabilia igitur mortis signa fore: Salutis uero ac securitatis quasi nulla, Plinius 7. testatur naturalis historiæ. Nam hic morbus blandientis instar canis paulatim uentilãte cauda illico mordicus iugulũ præcisurus ægrotũ adoritur. Natura uero humana toto sese conatu ab initio aduersus hostis illius impetũ in uires recipit, quo apparatu saluam sese (frustrata spe) arbitratur. Qua aũt territa, delitescens non suscipit cum hoste duellũ. Sicq; bonis tãq̃ signis præsentibus deficit æger. Plinius. 7.

Et quia leui temporis momento quamuis corporis ægritudinẽ in pestis naturã mutari posse, consentaneũ est omnẽ etiam suspectam esse febrem, & quãcunq; suspiciendam fore ualetudinẽ. A limine igitur huius opelli ipsum morbũ Galeni sententia uersutũ diffiniuimus.

Sanitatem itaq; ab huiusmodi pestilitatis febre uersuta, ad præseruandã seu præcauendã acerrimũ propiciosissimi Dei inuocamus subsidium, ut scilicet potiore hoc morbidæ pestis, defendendo ac saluando ne deficiamus, procul arceatur eluaturq; remedio, fugauè præ-

Fuga tempestiua. matura & longinqua tranquillo adhuc cœlo, priusq̃ immanis ille aboritur incrudescatq; uires adipiscẽdo morbus saluti cõsulamus. Alioquin morbus sinu uestium et in sarcinulis abstrusus (alibi sæuitiõi in nos moliturus) nobiscum abibit comes. Tarda namq; migratio nil differt longa à cunctatione: qua consilium de fuga captare, himbrem est post tempora frugũ ab Ioue petere.

Et ne hoc de pestis immanitate consiliũ, lectionis seriе careat, & præseruatio hoc piculoso pestis tempore, multo potior q̃ cura est (Hippocrate primo prognosticorum teste, Ex melioribus ait rebus est præuisione medicum uti) dicamus subsequenter de pestis regimine per fugam & diætam præseruando. Dein medelas per præseruatiuas & curatiuas obseruando. Postremo modum per curatiuũ abigendo. Tractaturus aũt de pestis præseruatione, ab aëris rectificatione exordiar.

DE INFECTI AERIS RECTIFIcatione. Cap. IIII.

PROPTEREA QVOD AB AERIS PVTREdine plærumq; suboritur pestis, longe lateq; fimbrias extendit, atrociusq; increbescit, eius hinc sinceritatem indipisci iubemur. Salubris ergo ut fiat operæ est precium, caligine noctis soluta, & exorto iam sole nebulas putrescentis terræ uenenosas suos per radios solares discutiente, et uapores exalantis aquæ expurgante,

leui uentorum tum orientis tum ſeptentrionis ſuſurro, aurora illa ſerena, ſincera, & purificata per pateſactos feneſtrarũ cancellos, in electa editioris loci habitacula excipiatur. Iuxta quæ nec officinæ ſint, æris conflandi (nidore.n.uenenũ alunt) nec lanienæ, coriariæ, latrinæ, denſa nucũ umbra, cimiteria, ſtagna, nec alia q̃uis cauſſa ſordida, fœtida quæq; ut putrentis aquæ, aut macerati lini lacunæ, paludinoſæ, limoſæ, putridæ, fœtidæ abſint. Omnis nãq; fœtor ut dolor eque uirtutem proſternit animalem, quando ſpiritibus eſt contrarius. Excepto hirci fœtore, plurimis à doctoribus cõmendato. Quæ loca euitanda.

Aër itaq; ſincerus, lucidus, et ſalubris eſſe debet, ſpiritus.n.& calor natiuus ipſo aëre ſe nutriente, conſeruante & temperante egent. Infectus uero, nocturnalis, concluſus, putridus, nebuloſus, pluuioſus, & fœtidus, naturæ & uitæ humanæ inimicus eſt euitandus. Mœridianus etiã condito iam ſole noxius eſt, ſimul & nocturna uentorũ inundatio, lunareſq; radij noxij ſunt. Feneſtræ itaq; ſeptentrionales & orientales, aëre radios ꝑ ſolares perpurgato, anteaq̃ ſol occidat, mane haud inſalubriter aperiuntur, neq; ſerotinum poſt ſolis occaſum inſipienter recluduntur.

Hiberno igitur tempore corrigendus eſt aër ſuſpectis in orarũ, tractuũ, ac regionũ locis, ciuitatibus, aut pagis, frequentibus ſcilicet iuniperorũ, quercuũ, mirtillorũ, tamariſci, cupreſſi, lauri ſuccenſis rogis: Siqui- Quibus aer hiemalis corrigendus.

dem mira uis igni, uirus aëris corrigenti, ac putredinē discutienti, omni tēpore inest. Hippocrate Coo ac Paulo Aegineta testibus: Quod potissimū de lauri constat folijs, tum tritis, tum adoletis, pestilentiæ contagia arceri testatur Plinius 23. naturalis historiæ libro. foris uasta syluarū conflagratione corrigitur aër. In priuatis uero ædibus aromatū suffitu, trocistis utpote, ac pulueribus granis de iuniperinis, de bengui, mastice, thure, mirra, terbentina, sandaraca, timiama, pini resina.

Puluis igitur pro aëris rectificatione Re. thuris gumosi & redolentis Vnc. sem. laudani purissimi, storacis calamitæ añ. ʒ ij. trociscorum galliæ muscatæ ʒ I. ligni aloes ʒ se. fiāt puluis. Vel parumper aquæ rosarū cōmiscatur, & fiāt trocisti uiuos sup carbones proijciendi.

Trocisti ac tabulæ pro fumo de bengui, extreme redolentes, cor & caput cōfortantes, aërem deniq; putridum atq; infectum excellenter rectificantes Re. bengui ʒ ij. ligni aloes ʒ I sem. musti gra. V. zuccar. Vnc. iij. cum aqua rosarum fiāt tabulæ uel trocisti, quorum parumper candentibus inijciatur prunis.

Ad præfati aëris insalubritatē rectificandam hi redolentes cōcurrunt flores, herbæ, & radices hinc inde sparsæ, positæ, atq; suspensæ, ut sunt rorismarinus, maiorana, Hyssopus, serpillum, lauendula, basilicon, radix angelica, tormentilla, leuisticum &c.

Aestiuo uero temporis calore, feruore, ac siccitate

intensa, haud minoris prærogatiuæ uirtutis cõtra pesti feri aëris impuritatẽ est aqua fontis frigida & munda cum tantillo aceti, uel aqua rosarũ uel foliorũ salicũ uel rosarũ cõmixta, & per habitatiõis pauimentũ sparsa. Camphora etiã in aqua rosarũ dissoluta, hinc inde dispergatur. Aequa tandẽ lance ad diuersa mãsionis loca ponantur, spargantur ac suspendãtur flores & herbæ, scilicet rosarũ, uiolarũ, nenupharũ, acetosarũ. Fructus etiã frigidi & redolentes, ut poma redolentia, & arantiæ poma in frusta concisa. Rami quoq; & surculorum arborũ, dummodo hæc & consimilia rore ab matutino irrorata, solis beneficio exiccata, & tandem aceto & aqua rosacea, aut simplici aqua cũ aceto mixta macerata uel conspersa fuerint (sandalorũ tamen puluere admixto) linteamina cæteris cum indumẽtis ad irrorranda, ac in sublime per habitationis cubiculum seu reclinatorium pendenda.

Quibus æstiualis corrigẽdus sit aer.

Sequens itaq; ex prædictis æstiualis liquor, parietes domiciliorũ ad aspergendos cõmisceatur Re. Aquæ rosarum lib. s. aquæ uiolarum, nenupharorũ añ. Vnc. iij. aceti rosarũ uini aromatici añ. Vnc. ij. sandalorũ oĩm añ ʒ I. trocistorũ de cãphora scru. ij. camphoræ scru. I. Mistis fiat liquor ut aqua fluida, parietibus adaspergenda. Spongia etiã eo in liquore, soloue aceto, et ut quidã perhibent hircino in locio madefacta, leuiterq; rursus expressa, & frequenter naribus admota odoretur. Cõ=

Hircinus fœtor cli=gendus.

Cōsentaneum est, salutare admodū fore ut quidā asserūt hircum in ædibus seruari, eundēq; sæpius attrectare.

Pila insup præfatis ex floribus, fructibus, herbis, ac radicibus cōpacta, mirū immodū plærosq; apud scriptores laudatur. Illi ipsi nāq; flores, fructūs, & arantiarū siue citoniorū poma, herbæ atq; radices in manibus æstiuo tempore gestis, multo odoratiora fore, q̄ ambræ pomum aiunt. Sunt præterea qui excellentē ambræ ac musci fragrantiā tollerare nequeunt, qn̄ in odoribus æque ac in saporibus delectus apud quemuis sit, aut abhoīabile fastidium. Faciat igitur quiuis narium suarū iuditio fieri seu dispensari pilam siue pomū magis grato odori ferum, per sindonem, uel capsulam per argenteam, au reamue condecentem reclusum.

Pomū æstiuale Re. Laudani ʒ iij. storacis calamitæ ʒ ij. bengui ʒ I. masticis scrup. I. camphoræ, spicæ añ. scrup. sem. florū anthos, rosarū rubearū, uiolarū, nenupharorū añ. ʒ I. ligni aloes boni & electi, sandalorum omniū añ. ʒ sem. corticū citri, granati, citranguli añ. scrup. I. spodij scrup. sem. cinamomi, macis, nucis muscatæ añ. gra. V. ambræ gra. iiij. croci gra. iij. musti gra. ij. Puluerisanda in mortario minutißime puluerisentur, & misceantur pro incorporatione cum storace liquida, terbentina, atq; rosarum aqua añ. q. sufficit. fiat pomum secundum artem.

Pomū hiemale Re. laudani Vnc. sem. storacis calamitæ ʒ iij. bengui ʒ ij, karabe ʒ I, masticis ʒ sem. utriusq;

thuris an̄.ſcrup.1.mirræ ſcrup.ſem. calami aromatici, cinamomi, gariophilorū, zedoariæ an̄.ſcrup.1. corticū citri, ozimi gariophilati an̄. ſcrup. ſem. ligni aloes ſcrup.1.ſpicæ ſcrup. ſem. ambræ gra.V. muſti gra.iij. Contundenda ſubtiliter in mortario piſtillo cū calido contundantur, adq; conglutinandū uino cū maluatico q.ſufficit, fiat pomū artificioſum odore refertū.

Aqua roſarū muſcata odorifera omniūq; precioſiſſima, à peſtis namq; clade præſeruat, aërem intoxicatum rectificat, ſpiritus tam uitales q̃ animales recreat, confortat, atq; conſeruat Re. aq̃ roſarū muſcatæ Vnc.Viij baſiliconis, ~~radi.~~ angelicæ an̄. Vnc.iiij. Vini maluatici optimi & odoriferi lib.s. aceti Vnc.ſem. quibus ſimul mixtis cōmiſceantur ſequentia Re. corticū citri, macis an̄.ʒ ij. ligni aloes optimi ʒ ij s. laudani puriſſimi ʒ iij. been albi & rubei an̄.ʒ 1.ſem. coralli albi, ſandalorum oīm an̄.ʒ 1.nucis muſcatæ ſcru.ij. pulueriſanda pulue: ſubtiliter & diſſoluantur ſecundū artem, præterea cōmiſceantur in ſtricti orificij uitrū cuncta recenſita; orificio ſcite clauſo, facta tamen omniū longa & peroptima conquaſſatione, & reſeruatur ad uſum.

Spongia ſiquidem in ea irrigata & capſulam per ligneam foraminibus plurimis pforatam odoretur. Nō nunq̄ facies, tempora, & pulſus ea cū prælibata abluentur aqua. Cuiuſq; coclear unū puræ fontis aquæ manus ad abluendas addatur. Ea uero aqua roſarū muſcata carentibus denegata, illius loco uini acetū campho-

Quibus mēbra interdū ſint abluenda prīcipalia

ratum spongiæ imbibitũ olfaciant. Manus sæpius ad lauandas, fontis aqua cũ aceto mixta in illius locũ cedat. Faciem tamen ad abluendã & tempora aqua admisceatur rosacea. Ad uenam desup pulsatilẽ prope restrictã manus partem ad irrigandam, aqua capiatur rosacea, æstatis tpe se sola, hiemis uero tempore uel cũ lauendulæ, maioranæ, rorismarini, boraginis, bugloß. uel melissæ diluamus aqua. Cum quibus eo tempore & cæteræ præfatæ cõmisceri possunt lotiones.

DE PESTIS REGIMINE PER FVGAM præseruando. Cap. V.

QVVM PRAEMATVRA AERE AB INfecto in salubriorem fuga, gradu ac regressu pedetentim reuertendo testudineo et tardo, præseruatiõis canon præ oĩbus certißimus sit, in quo oẽs concordant medicæ artis Coriphẽi. Quamprimũ pestis ingrassatio inualuerit, fuga (nec cateruatim quidẽ) in sinceriorem ac distantiorẽ terræ plagam est accellerãda, quã nedũ suspitio ulla pestili infamauit contaminatione. Et si qui hoc Rasis, & aliorũ τῶν ἰάτρων κορυφαίων temere negligunt remedium, aut ex inopia nõ amplectuntur, his profecto uita in ancipiti posita est, Ac si dubio marte per stratagemmata quidam pugnaturi salui ab exercitu redeant, aut obsidione soluta expugnationem amplius non formidant.

Fuga tutius remediũ

Quod si desup fugæ contemptores, hoc in tumultu seruari contigerit, non idcirco canino tanq̄ rictu medicorum adlatrent atq́; calumnientur præcepta, asserentes aeris pestilentici infectionem, cuiuis homini, hoc tempore æque cõmunem, æque noxiam, publicãq́; interitus caussam minari: Quos forte aliqua, q̄ ipsos lateat ex archanis naturæ, uel ex fatis caussa, & nõ pertinax ipsorũ temeritas securitate tutata est. Vnde & senes nõ nunq̄ immunes asserit Plinius iure patrocinij aliq̄n abrogato. Bonæ. n. temperaturæ et cõplexionis homines, ac boni habitus, boni succi: Et per pura ac sincera corpora, moderati uictus, crapulæ, uenerisq́; expertia, cõtagioni nõ obuia, præfata haud corripiuntur peste.

Cõtra fugam spernentes.

DE PESTIS REGIMINE PER DIAETAM præcauendo. Cap. VI.

PRISCI IGITVR VETERANORVM MEdici, medicamentorũ dubio procul haud ignari, attamen salubriore quodam ingenio, magisq́; grata naturæ uia, utpote uictu (quem græci δίαιταμ uocant) quondam ægritudines curare satagebãt. Moderata. n. refectio grandem iuxta Auicennã Aboali nobis affert utilitatem, corpus namq́; humanũ, longæuũ & sanum, toto ætatum suarũ decursu reddit. Hoc aũt iam sæculo, moderata ab refectione, in tantã labimur cibi potusq́; intemperantiã (consuetudine inducta) ut nullo pacto

Moderati uictus cõmoda.

Crapulæ detestatio.

psuasa nostræ sanitatis ratione habeamus, quo minus p eande ab ægritudinibus leuaremur. Adeò inualuit apud omnes crapula ægritudinu omniu mater, fomes & irritamentu, qua plures q gladio scriptura referente perimus. Ab ea igitur Auicenna Aboali admonente abstineamus. Quicunq; ait tempore pestis cibo ac potu nimiu sese obruit citissime inficitur. Quod ut plurimu illecebris nostris in diurnis comesationibus iam dudu ex epulorum diuersitate assuefactis, plærumq; euenire solet. Cordubensi illo Seneca haud illepide auisante: Multos inquit morbos multa fecerunt fercula, & uini pocula superflue ingurgitata, exhausta, atq; ingesta, apoplexiam præcipue, id est, omniu cerebri uentriculoru oppilationem, superflua ab humiditate interdum inducetia. Quod Arnoldus attestatur de uilla noua, se Neapoli militem uidisse quendam, quo surgente & calceamenta induere uolente, statim maiori ab apoplexia ex dicta iam caussa correptus, & mortuus est.

Delibaturus igitur præmisso exercitio copetenti, famem nec sitim præueniat, edendo uel bibendo. Ita nec tolleret, na fame tollerare inquit Auicenna plærisq; in locis est malis cu humoribus adimpleri, quos stomachus loco cibi attrahit. Nec adsacietate impleri oimodam, q nausea & fastidiu continuo citra repletionem comitatur, tum probe masticatis cunctis, longaq; sequestrata mora, cum appetentiæ reliquijs assurgamus.

Salubrioris itaq; nutrimenti, & mediocris substantiæ, facillimeq; digestionis cibos eligamus, eum scilicet q de facili cōcoctioni obediat, facilius descendat, minusq; superfluitatum habeat. Delectabilis insup odori, nō abhominabilis gustui, gratus deniq; sapori. Cuiusmodi ex cibariorū ordine, ac regula oīm diuulgata, oua gallinarum recentia, tremula, elixa, & in aquam præcipitata sunt eligibiliora: Aestate tamen modico cū agrestæ succo: Hyeme pauco cū cinamō, uel nuce muscata ab initio mensæ sumpta cōueniūt. frixa uero, et ad duriciē cocta culpantur, liquida.n. solidioribus præmitti solent.

Cibariorū electio.

DE CIBARIORVM ESV. Cap. VII.

CARNES PVLLORVM, GALLINARVM, caponū perdicū, phasianorū, turturū, auiumq; syluestrium, mediocris scilicet q̄titatis et exigui rostri, recentesq; captu. Aues uero ex Rasis traditione negligantur paludinales, ut anseres et anates &c. Carnes insuper hœdorū, capreolorū, agnorū, castratorū, iuuenū quoq; uitulorū, leporū, ceruulorū, porculorū recentiū tā syluestrium, q̄ domesticorū, non saginatorū et nimiæ pinguedinis, uel ueteranorū sale diu maceratorum, hij namq; hoc casu culpantur, uerū qui non nisi glandibus ac uitium folijs nutriti sunt, sanum et laudabilē sanguinem generantium cōmendantur. Anteriora tamen animalium omniū meliora sunt propter cordis caliditatem

Quæ partes animaliū salubriores.

cis impressam posterioribus. Quibus omnibus hyeme tostis, æstate uero lixis magis utimur. Vbi tum carnes istiusmodi, non nisi ob metum ollis occlusis, ne quid obscœni incidat apud nos ex cõsueto perperam decoquantur ipsis non detectis. Auicenna namq; omniũ medicorum Antistes, carnes suffocatione coctas, tanq̃ ueneno suspectas reprobat.

Iniquus decoquendi mos carnium,

Pisces q̃uis nimiam ob humiditatem multũ disconueniant, propter tamen consuetudinem, diebus quibus carniũ esũ abstinemus laudantur squãnosi, rẽcẽtes, uiuo tranantis flumine inter saxa capti, uino, aceto, & suaui aromatum condimento cocti & præparati. Anguillis tamen & tineis posthabitis, propterea q, ex aliorum piscium uiscositate et limo, maxime anguillæ (ut quidã uolunt) nascantur. Præterea summopẽ est cauendũ, ne uno & eodem sub cõuiuij pastu pisces & carnes simul edantur. Ipsis uero piscibus prædictis ut decet comestis, duæ, treis, aut quattuor capiantur iuglandes recentes excorticatæ, atq; in aceto infusæ pro tiriaca omniũ approbatiss.

Diuersitas epulorum fugienda.

Leguminum, olerum, herbarũ, atq; lacticiniorũ paucus sit usus. Cicere tamen rubeo ex lixiuio loto, folliculoq; exuto, & in carniũ brodio, uel alia simplici aqua cocto uti possumus. Cui quidẽ parũ de rorismarino, Isopo, petroselino, saluia, maiorana, bleta, endiuia, cicorea lactuca, acetosa, buglossa, mellissa, atq; boragine com-

misceatur. Sic eo uti possumus per salatucij modũ. Vel parumper aceti addito, fiat obsonium.

Fructus quoniãquidem, crudũ, uiscosum, & putrescibilem generant humorẽ, è quibus putridæ & uenenosæ gignuntur febres, de quarũ genere ut refert Auicenna medicorũ princeps plurimis in locis, est epidimialis morbus pestis, ut supra recensuimus, prorsus omittendi sunt. Aßis tamen & coctis licentius uescamur. Quamuis interdum etiã propter appetitus deiectionẽ nonnunq̃ exigua fructuũ crudorum oblatione refocillamur. Appetitum igitur ad suscitandum, incitandũ, atq; restituendum quãdoq; ex agresta, aut acetositate citri, arancij, granati, citranguli, limonis, uel capparorũ parumper capiundum, nobis cõcessum est. Quo appetitus casu, aqua etiã rosarum cũ zuccaro aut pulpa caponis, ac perdicis, uel phasiani contusa, simul & cinamomo, maci & gariophilis aromatisata exhibeatur.

Crudi fructus euitãdi.

Quo appetitus alliciendus.

Panis cibariorum omniũ basis, fundamentũ & uehiculum ex frumento sinceriori loco omni absq; mucore, squalore, uermiũ corrosione ac putredine collectus, mediocriter fermentatus & salitus, cum liberi & puri fontis uel fluminis & non putei aqua in pastam actus, tandem in debito amplitudinis atq; altitudinis furno nõ putridorum lignorũ igne pistetur, nec ante biduum uel triduum degustetur, neq; diem ultra quintum usui reseruetur. Cuius duplus & sesquialter requiritur panis ad

Proportio panis ad alimenta.

oua, triplus ad carnes, & quadruplus ad pisces. Cibus deniq; cuiuscumq; pastus esto duplus ad potum. Superueniente uero inter comestionis tēpora siti quadā mendosa, abstineat ne digestio præpediatur iam occupata: Vera autē prima ac altera digestionibus finitis, tantillo præmisso panis morsello (ne illico crudum in uenas rapiatur) exiguo eluatur uini haustu: Panis. n. Galeno teste uini catena est. Potus igitur nunq̄ ferculorū præcedat fundamentum, quo posito libere bibat, modice tamen & eo sæpius, modo & potu, quo sequitur.

DE POTVVM HAVSTV. Cap. VIII.

CVM VITA NOSTRA HVMANA IVXTA Aristotelem in calidi & humidi fomentis cōsistit atq; graduetur, consentaneū est corpus nostrū, ut eius sanitatem cōseruamus, ac uitæ prolongationē indipiscamur, aliquo foueamus cōsimili. Hoc aūt iuxta Platonis Atheniensiū φυλάμμον sententiā, est moderatus uini usus, quem ex temperato uini calore occulto, imbecillibus hoīm ingenijs & prostratis eorū uiribus, atq; totis deniq; corporibus integris fomentū esse ait sufficiens et mirificū. Cibum. n. ad oīa defert corpis mēbra, quo ea ipsa corroborat, corpus pascit, idipsum calefacit, stomachum reficit, digestionē adiuuat, sanguinē auget, spūm uiuificat, & calorem tandem cōfortat naturalem. Ex eo igitur maximus ille philosophicæ maiestatis Aristoteles, uinū

Moderati uini utilitas.

cles, uinũ ſubinfert à Deo hoĩbus contributũ, remediũ aduerſus ſenium, ut priſtinam ad iuuentutem redire uideantur & mœſtitiæ eos capiat obliuio. Agedum quem non fecere diſertũ, fœcundi calices? tũ ueniunt riſus, tũ pauper cornua ſumit. Bibẽti certe ſuccurrũt quindecim poëtæ, nec non & nouẽ ſubueniunt Heliconides muſæ.

Galenus natione Pergamenſis uinũ ex magis cõuenientibus calori aſſeruit naturali. Sicut. n. ait inſanitatis moderamine, pueris inimiciſsimũ cenſetur uinũ, ſic adultiori ætati accõmodũ, moderate. ſ. ſumptũ, ut ſit in eius reſpectu, quo oleũ ad flammã ignis ſe habet. Siquidem lampade oleo nimiũ referto inundatione lumen extinguitur, ſic uino ſuperflue ingurgito, calor extinguitur naturalis. Vnde putridæ plærũq; ſuboriuntur febres, nec non et dira nonnũq̃ lues ſimul & proh pudor ebrietatis flagitiũ, quo nihil peius, nihil turpius, nihil deniq; ſceleſtius euenire poterit unq̃. Quis namq; ignorat? quòt rixas, quot cædes, quot tandẽ facinora undiq; pœnitenda mortales fecerint hoĩes uino obruti Bachiq; thyrſo percuſsi? Siquidẽ Alexander magnus (Plinio naturalis hiſtoriæ lib. 14. cap. 5. atteſtante) Si uini intemperantiã cohibuiſſet, tam plures profecto amicos in temulentia, Clitum etiã ſibi fideliſsimũ nõ interemiſſet aulicum. Ne quis igitur aculeũ infigat, qui ſuperuacaneam in uini culpam excurſionẽ fecerim. Non. n. uinũ (cuius amore & appetentia omneis trahimur) ſed ui-

Immoderati uini ĩcõmoditas

nolentiam si citra modũ sit dilaudaui. Quinimo Platonicæ leges, quibus nullæ sanctiores, uinũ & pocula fœcunda, perinde ac fomitẽ quendã ingenij uirtutisq; incitabulum permittunt. Quocirca utilitatẽ eius ac uirtutẽ Deorũ potentiæ adæquare haud dedignatus est medicorum oĩm magni noĩs Asclepiades Prusiensis medicus. Vinum idcirco eligatur, quo hactenus nostris in partibus septimi huius climatis septentrionẽ uersus frigidis assuefacti sumus, quorũ potissimũ est albũ & leue, digestibilius nãq; est, & mentem minus percutit, uel fuluum seu citrinũ, uel etiã ruffum mediocre, hoc temporis aliqualiter acre, nec recentius mensibus sex, nec anno uetustius uno. Tale nãq; dilutione nõ egebit, quod si potẽs fuerit, uires eius frigida fontis aqua duabus horis prius q̃ apponatur refrangimus. Ieiuno uero stomacho, uinũ etiam quodcũq; ingestum nocet, quoniã æbrietatem, capitisq; dolorẽ atq; uertiginẽ accellerat, & neruos mollificat. Etiamq; pacta cœna, conclusoq; stomacho, tanq̃ ebulientis ollæ, feruorem stomachi in digestione occupati extinguit, perdit & nauseatiuũ reddit, quod plærũq; serotinis in obsonijs accidere solet. Exinde consequitur apoplexia, epilepsia, paralysis &c. Sitis etiã quæ interdum consequitur adulterina atq; mendosa, quã non nisi sola tollerantia, non potu, neq; ullo alio competentiori coercendam remedio perhibent medici. De qua supra cap. 7. de cibariorũ esu, quasi in fine capitis.

Quod uinum eligibilius.

Sitis fallax.

DE INANITIONE ET REPLE= tione. Caput. IX.

INANITIONEM ET REPLETIONEM NON solum abstinentia neq; ingluuie sanitatis metiuntur moderatores, sed etiã stomachi, alui, uesicæ, uenarũ, cutis, cauarũq; partiũ tensione & uacuitate, quarũ superfluitates nonnũq̃ de sui arguunt euacuatione excremẽta: Quæ ne indurescant aßiduo de uentris benefitio studeamus, eundemq; ut cõtinuo uel digerendo, mollificando, uel laxando adapertũ & emollitũ habeamus est necessariũ, ut paulo ĩfra diffusius edocebimus. Quæ uero sola mole fuerint exauctæ humiditates phlebothomia uniuersali, humorũ scilicet euacuatione discutiuntur. Ocio nãq; dediti, & liberaliori utentes uictu, cõsuetudineq; seruata, atq; temporis delectu, aëre quoq; temporato & electo, ueris utpote tpe tum Phlebothomia tum Pharmatia uti possunt Hippocrate sexto separatorum sermonũ attestante. Quibuscũq; ait Phlebothomia aut Pharmacia confert, hos uere Phlebothomare uel Pharmatiam dare cõuenit. Hoc siquidem tpe omnes cõmouentur humores, quo natura superfluitates ad secernendas fortis & potens est. Euacuationes insup consuetæ hemorroidarũ, menstruorũ, & si quæ sunt reliquæ peculiares, hoc tpe cohiberi absurdum est, materia scilicet noxia ad interiora redundante, sed potius ipsis ad expulsionem anhelantibus adiuuãdæ, iuxta Hippocratis

Tempus et phlebothomiæ et pharmatiæ.

aphoriſmorũ primo, aphoriſmũ 21. Quæ ducere oportet, quo maxime natura uergit loca per cõuenientia cõducere confert. Sanguinis tamen crebra & temera deiectione morbus nõ infeſtet, neq; præſenti occaſione, uel etiam cõſuetudine non neceßitante, nihil eſt nocentius, niſi apoſtema aut ægritudo quæ ſanguinis ſubtractione egeat, aut præſens infeſtet aut futura ſuſpitionẽ inculcet in cauſſa extiterit. Nimia. n. ex temeritate uenarũ inciſio, nulla uſpiam neceßitate urgente, frequens ceu medicamentorũ uſus, feſtinæ ſenectutis incõmoda, ac prææmaturæ mortis ex aq̃ intercute diſpendiũ ultro aſciſcũt. Medicina certe Hippocrate uolẽte purgat et inueterat

Frequens Phlebothomia ſeu pharmatia euitanda.

Cucurbite etiã totiens frequentatæ, atq; cum iã ſubſtantificum mẽbris ad ſuffurandũ humorem, qui ſincerior plærumq; eſt, eò qui in uenis cõtinetur ſanguine) appoſitæ, membris robur adimunt diſſectis. Nam hoc temporis periculo largum neutiq̃ laudamus ſanguinis profuſorem, theſaurũ uitæ ſuffurantẽ, propterea q̃ uita ſecundũ Ariſtotilem peripateticorũ principem in calido & humido conſiſtit & conſeruatur, quod eſt humor ſanguineus omniũ optimus. Sudor q̃uis ſit defecatio & ſuperfluitas humiditatis ſeroſæ in ſanguine, et extra naturam ſponte tamen uia criſis præualente natura uenientem tollerare iubemus. Ne quoq; raritate peruium corpus exhalet, neue adapertis poris uenenati aëris putredinẽ hauriat eſt uice uerſa cohibendus. Balneæ itaq;

Sanguis uitæ theſaurus.

caussam propter recensitã, tum propter pestis cõtagionem prohibentur. Nisi forte præseruationis studio theriaca, aut quouis pestilitatis antidoto præassumpto exercitij loco citarentur, de quibus paulo infra latius sequenti in cap. 10. Vomitus laboriosior naturæ motus, nisi sponte ex bili ueniat cauendus est, materias, n. commouet malas peccãtes, membraq; uersus principaliora motu inclinat & dirigat. Ad illum tamen uomitũ temperantia uictus persuasa crapula non inuitabit ulla: In cuius etiam cura magis corrigendi cohibendiq; q̃ excitandi studium habebit. θηριακά

Repletionem desup (Auicenna admonente) omnẽ & cibi et potus, hostem ueluti tela uibrantẽ intoxicata fugiamus. Verũ multo potius in cuiusuis mensæ fine appetitui locũ retineamus desiderij superextantẽ exilem: Nõ immoderatũ inq̃ ad famis ac sitis usq; intellerantiã, ex quo per q̃ facillima subsequeretur (iuxta Auicennã & Rasim) intoxicatio, præcipue si corpus nostrũ superfluis, inutilibus, uaporosis, & corruptilibus superabundaret humoribus, in famis ac sitis locũ festinando subintrantibus. Operæ igitur preciũ est inutiles extra corpus eijcere, naturales uero humores bonis restaurare ferculis. Nã summus præseruatiõis et curationis scopus (ut unico eloquar anhelitu) est corporũ exiccatio, & oĩs humidæ repletionis et sanguinis et aliorũ humorũ ablatio. Quocirca indies & cõtinuo de uentris eluendi Superfluitatũ ablatio amplectatur.

beneficio, ut uel cibaria mollificantia facilis digestionis edendo, uel haustum decoctionis ac sirupi mollificatiuũ potando, aut caßiã cribellatã ac recenter extractã sumendo, seu pillulas pestilentiales deglutiendo, siue enemata prorsus leuia iniJciẽdo, suppositoriaue cõmunia, uel ex melle, smigmate, ouo, & sale cõflata inferius per annũ suscipiendo p q̃ accurate ꝓspiciamus est necesse.

DE BALNEORVM VSV. Cap. X.

BALNEA ESTVARIORVM CVNCTA, potißimũ propter uapores eorũ intensos sunt cuitanda. Volunt.n. Aui. & Hippocrates medicorũ antistites in lib: de pestilentiarũ epidimijs, balneantes pestem ad contrahendam aptiores fore, q̃ quemuis luxuriosum & ebriosum: Si uero ex assuefactione nonnunq̃ lauari cogimur, lauacrum de aqua parum tepida fiat, ubi non diu sudamus, ibidemq; uel domi iuxta fornacem quo cõsueuimus tpe scarificemus. Anteaq̃ etiã hoc idem subcamus, theriacæ seu metridati dragmã unam duas ante balnei horas cũ uino uel aqua rosacea, aut acetosa mixtæ sumamus. Macilentis uero prandio peracto, post pastum longo intermisso spatio plus cõpeteret, maxime cũ cibus in stomacho (teste Aui. in 3. primi do. 2. ca. 7.) est digestus, et aluus ab excremẽtis euacuatus, mẽbraq; (sed'm Haliabbatem in 5. theoricæ ca. 13.) exercitata. Estuariũ dein, seu lauacrũ libere subire poterimus, cre-

Dosis theriacæ seu metridati ãte balnei ingressum

bra tamen membrorũ fricatione ſudorem expelli, eundemq́; ſemp̃ mundiſsimis cũ linteaminibus abſtergi, uel pauca cum aqua ablui tepida exacte ſtudeamus. Poſtremo debitam iuxta cõſuetudinem apponantur cucurbitulæ ac uentoſæ, atq́; pumice cum ſcabroſo fricentur, uel cultro cum obtuſo leuigentur pedum plantæ.

Egrediendo uero cũ aqua parũ tepefacta lauari poterimus ut pori corporis apti obſtruantur. De hinc pedum plantas cũ ſale et aceto optime fricari atq; lauari, ut calor à corpore ſuperfluus extrahatur et edendi appetitus prouocetur oportet. Abſtineamus inſup̃ in & poſt balneum omni à potu, & aquæ frigidæ ſuffuſione, ne phthiſis & ethica cõſurgant, nam poris tũ apertis membra ad principalia procedit frigus, et ipſorũ corrumpit uirtutes. Quod cõfirmat Hippocrates diuini ingenij medicus in 3. regiminis acutorũ. Egrediens ait lauacrum nõ frigido ſitim ſedat potu, nec diſcooperiat caput, neq; frigiditati ſeſe ullæ exponat, imo calidis (teſte Auicen. loco præallegato) ſe coopiat pannis, præcipue hyemis tp̃e indumentis pelliceis atq́; uulpinis, in aëre temperato ac depurato horã per integram uel longius deambulando, donec ſupernaturalis calor corpus deſtituat, et appetitũ edendi ad prandiũ uel cœnã prouocet. Ea ſiquidem obſeruaturo condigni citra peſtis præſeruationem cedent effectus. Moderatus nãq; balneorũ uſus eſt humorẽ corporis ſuperfluum exiccare, humidũ

Conditões balneanti haud deteſtandæ.

Moderati balneorũ uſus beneſitia.

radicale restaurare, atq; corpus tandẽ renouare. Cutis insup poros aperit, sordes congregatas detergit, repletionem minuit, uentositatẽ dissoluit, ad somnum allicit, humores grossiores subtiliter dispergit, dolores reprimit, uentrem stringit, lassitudinem remouet, corpus quoq; cibis aptum efficit Rasi teste 4. ad Almansorem cap. 18. Et Halliabbate 5. theoricæ cap. 13.

Superflui balneorũ usus nocumenta.

Immoderatus uero eorũ usus, oĩm schola medicorũ attestante aĩum languidũ reddit, cordi nauseam efficit, sincopim inducit, calorem innatũ suffocat, corpus debilitat, humores quiescentes excitat, resoluit, & exiccat, eosq; ad putrefactionẽ disponit, tum illos ad membrorũ debilium receptacula declinare facit, ex quibus demũ apostemata membrorũ accident pestilẽtialia. Et ut summis (sicut fertur) attingam labris, quanto minus corporis pori pestis tpe, siue per lauacra, seu fortia per exercitia, siue externũ per calorem aperirentur, eo melius foret. Crebro namq; formidandũ ac uerendũ est, ne calor supernaturalis aliquis corpus offendat, aut aër quidã putridus et intoxicatus subintret, et tandẽ crudelissima atq; cõtagiosa subsequatur pestis. Verũ loco balnei potius in septimana bis uel ter manc anteaq̃ surgeremus corpus nostrũ panno cũ aliquantulũ aspero leuiter fricari consulerẽ. Exinde caput semel in hepdomada lixiuio cum azaro, maiorana, lauendula, rorismarino, camomilla, atq; bethonica bulito lauandũ, euesti-

Vicariatus balnei.

gioq; capillos calidis cum peplis exiccandos atq; ab-
stergendos suaderem.

DE SOMNO ET VIGILIA. Cap. XI.

SOMNVS ET VIGILIAE MODERAMINE quoq; egent. Vtrorumq; namq; extremũ (sicut in oĩbus uidere licet) est uiciosum. Somnus.n.immoderatus atq; excedens cerebrũ supflue infrigidat, humectat, & per cõsequens multiplicat, memoriã ledit innatumq; calorem extinguit. Cum de quietis & coopertionis natura sit calorẽ extinguere, pinde ut ignis extinguitur: suffocaturq; cũ undiq; tegitur Peripateticorũ Philosopho 2.problematum attestante: Multo tpe inquit dormientes, minus colorati sunt moderato dormientes tpe, suffocatur.n.dormiens. Quocirca non minus graphice q̃ erudite somniculosos inertiq; torpẽtes sopore carpit Ouid. dicẽs infœlix tota quicũq; qescere nocte sustinet, et somnos præmia magna putat. Stulte qd est somnus? gelidæ nisi mortis imago. Longa quiescendi tpa fata dabunt. Supuacaneus insup somnus uirtutes nonnũq̃ aĩales suis in iudicijs ac opibus hebetat et obtundit, capitis grauedinem infrigidando inducit, qđ non ignorans Codrus in Epistolis qui sic scriptũ reliquit Dormitis nimiũ glires uituliq; marini. Haud mirũ est si uos crassa Minerua premit. Hic demum somnus excessiuus læthi cõsanguineus corpora nimiũ infrigidat, humectat, tardi-

Somni excedentis incõmoda.

oraq; facit, simul & pituitam quã græci Phlegma appellitant augmentat, quod plerũq; großis & pigris in corpibus aqualiculis illis præpinguibus accidere solet. Hinc ueternosus talis quẽ græci λητα ργικὸν uocant, ob humorẽm craßitudinem ad somnũ procliuis immensum, hoc temporis calamitoso infectione est suspectus.

Et ut laconismo efferam optime cecinit Hippocrates excußi ingenij medicus, somnũ aut uigiliã si alterutrũ excesserit mali esse, malum nãq; (ut idem reffert) inferunt atq; portendũt. Quod si uero moderatio accedat optimi fore, corpus.n. & eiusdem uirtutes in bona cõseruant dispositione. Moderatus siquidẽ somnus salutaris est neceßitas, quæ cibariorũ concoctionẽ, humorum rectificationẽ, spirituũ generationẽ, corporis augmentum, uirtutũ tandem incrementũ operatur. Nec nõ laßitudinem auffert, membra refocillat, uisum restaurat, mentẽ tristicia pulsa exhilarat, cogitationes animi sinceriores reddit. Talis nempe sit ut penitius ex Hippocratis sententia eloquar, quatenus noctem nõ effugiat, deniq; non impediat. Neq; etiam stomacho referto uel nimium inanito confestim dormiendũ, utraq;.n. noceret caussa cunctis sanæ mentis naturalibus nota, uerum tertia à cœnæ hora, dextro auspicetur latere somnus, in septimamq; uel octauam perdurandus horam.

Somni tẽperati cõmoditates

Cum præterea somni finis sit uigilia, quæ sensuũ excitatione in suas diffinitur operatiões. Quæ si nimia

& superfluæ fuerint cerebrũ atq; alia corporis mẽbra nimium exiccant, corporis uires & uirtutes imbecilles reddũt, coleram exacuunt, humidũ deniq; radicale consumunt, simul & uaria atræ bilis nocumenta efficiunt. Quibus uero scite & moderate adhibitis, hũc laudabilẽ sortiuntur effectũ, qui paulo post tẽporato de exercitio patescet. Cæterũ ne temporis iacturã somno patiamur ab immoderato, cũ per ipsum magna uitæ parte defraudemur, uigiliæ in tripla aut quadrupla metuendi ratiocinandiq; proportione, corporis scilicet sanitatẽ ad cõseruandã, & uitæ operationes ad exequendas sufficiãt.

DE EXERCITIO, MOTV, ET quiete. Cap. XII.

EXERCITIVM ALIQVI OB FREQVENtem aëris infecti attractionẽ (dummodo præter exercitij modũ sub diuo pestilentiq; aëris tractu exercitaremur) infectionis suspitione non alienã, tpe pestilentiæ prohibent. Vires.n. naturales ex innati caloris dissolutione labefacit, corpusq; (asserente Auicenna in textu cõmenti cãticorũ) ante senectutis ætatẽ senescere facit. Moderatũ uero exercitiũ præcipiunt, propterea q; corporis superfluitates discutit, corporis robur fortificat, corporis quoq; calorẽ uiuificat, et ualidas demũ uirtutes membrorũ uitales, naturales & aĩales (Galeno 3. particula Aphorismorũ teste) selectis fulcitas humori- Temperatũ exertiũ

bus firmiter corroborat. Præterea si qs moderatis uta-
tur laboribus exiccantibus (ut idem reffert Galenus de
differentijs febriũ lib. 1. ca. 3.) prorsus impaßibilis à pe
ste præseruatur. Scriptum namq; reliquit Rasis de Epi
dimiæ cuiusdam pestilitate, quasi uniuersos interijsse ho
mines, præter eiusdem loci uenatores exercitio fretos.

Est namq; exercitiũ ut penitius diffiniã temperatũ,
uitæ humanæ conseruatio, caloris naturalis lima, dor-
mientis naturæ excitatio, uirtutũ corroboratio, super-
fluitatum cõsumptio, inimicũ ocio, tpis lucrum, iuuen-
tutis debitũ, senectutis deniq; gaudiũ. Huic quidem sen-
tentiæ ab instituto haud aliena est Aristo. 2. li. æthicorũ
illa consimilis sententia bracteatis literis scribẽda. Ex-
ercitiũ inquit temperatũ sanitatẽ coaceruat, membra
nutrimentũ ad recipiendũ apta reddit, eorũq; duriciẽ
resoluit, leuia facit, humiditates subtiliat, et poros deni
q; dilatando aperit. Cum aũt eo exercitiorum destitui-
mur beneficio, haud mirũ si squalor macies, atq; ægri-
tudines aut chronicæ, aut mortales, Auicẽna attestante
nostrum occupent corpus q̃uis etiam obesum occulata
testamur fide. Quibus obesis corporibus balneũ extra
temporis pestiferi suspitionẽ pro exercitio est. Et quo-
niam exerciciũ sereno cœlo sub diuo temperatũ, aut in
largioris aulæ ædibus modestum (corpore tamẽ prauis
ab humoribus perpurgato, aluo & uesica exoneratis)
ante prandiũ et cœnã sensim leuiq; conatu citra sudorẽ

et fatigationē, aut Peripateticorū more leui deambulādo incessu utilißimū fore. Quod autē qualeue cuiq; cōpetat exerciciū, ipse uiribus uel cōsuetudine emetiatur. Nā cuilibet mēbrorū peculiaria sūt destinata exercicia siue hæc fiant corea, saltu, aut lucta, uel aucupio, ac uenatione, iaculatione, seu equitatione, uel etiam artis cuiuspiam oblectabilis negociatione, & his similibus. Cantu & modulatione nonnūq̄ uniuersum fermé corpus, pulmo, pectus, costæ, caput, faucesq; exercentur. Quo uno exercicij munere sacris dediti officijs, dū religionis persoluunt uocationē, corporis etiam ac sanitatis non defraudentur beneficijs. Vagitus plærūq; infantibus denegatis (ex solertis medici præceptis) à nutrice uberibus pro exercicio est. Infecto tamen aëris tractu uociferatio, & ingens flœtus, & omne quo nimiū exercetur pectus prohibetur. |

Peculiaria exercicia.

Sed ne obiter ac à limine ea salutē, ad quietem, otiū quoq; me cōferam, corpus fumosam ꝑpter superfluitatem, calorem corporis naturalē obtundentē, perinde ac flamma fumo extinguitur infrigidando, ad æthicam ut plurimū & senectutē (teste Auicenna tertia primi) immaturam perducit. propterea ꝙ tam quies q̄ otium oīm catarrorū mater est, tacco ꝙ ad libidinem, atq; omnem ad intemperantiam pronos efficit. Ouidio illo Ethnico poëta scribente Ocia si tollas periere cupidinis arcus, Contemptæq; iacēt et sine luce faces. Et in lib. de Ponto

Quies seu otium.

ait. Cernis ut ignauum corrumpit inertia corpus.
Vt capiunt uitiũ ni moueantur aquæ. Deinde.
Quæritur Aegistus quare sit factus adulter.
In promptu caussa est, desidiosus erat.

DE CONCVBITVS CONCVPITV.
Caput. XIII.

ACTVS VENEREVS QVAMVIS MOderatus, rarus, & ex matrimonij uinculo licitus calidæ ac humidæ cõplexionis corpibus, potißimũ præpinguibus atq; sanguineis (iuxta Auicen. & Constantinũ in li. de coitu plus cõpetat, animã. n. exhilarat, corpus repletũ alleuiat, caput & sensum cõfortat, iram cõpescit, fantasticas & tediosas remouet cogitationes, multiiugasq; alias auffert melancolicas imaginationes: Spermatis namq; fumum de cerebro expellit, materias quoq; apostematicas educit, sic ut nõnulli ad pristinam interdũ deueniunt sanitatẽ melancolici: Sint tamen coeuntes eo pacto iam coitu præ oĩbus admodũ solertes, ut aëre ab infecto sese confestim cohibeant. Appetitus uero actus uenerei imoderatus, maxime tpe pestis frigidis et siccis corporibus præcipue macris, melancolicis, cholericis, phlegmaticisq; neutiq̃ competit, nã corpus (scd'm Aristotelem) exiccat, uires eiusdem eneruat, cerebrum, oculos, & cor debilitat, memoriã hebetat, stomachum labefactat, oẽs deniq; sensus infringit, intimos

Moderatus.

Immoderatus.

medullis infigit aculeos, & decrepitæ senectutis incommoda accellerat, apoplexiam affert, morbos & alios etiam crudelißimos hæreditare facit, totã demum hominis cõplexionem, uitam alioquin deciduam ac fugacem abbreuiando ad nihilum deducit,

Concubitum itaq; siue ad animi affectiones siue ad inanitionis retorqueamus iura primo illicitũ (religione castitatis assertrice uetante) tũ propter contagionẽ, tum ꝑpter uirium resolutionem, postremo etiam ob intemperantiã interdicimus. Tantum. n. obest ut Auicen. in lib. de aĩalibus dixerit, si quid spermatis supra q̃ natura tolleret coitu ꝓfluat obesse magis, q̃ si quadrigies tantundẽ sanguinis quacũq; corporis parte emanarit. Solis igitur cõiugatis, et his qui absq; detrimento ipso carere nequeunt, rarũ tamen assentiendo concedimus, neq; id fiat ante noctis mediam stomacho referto, nihil equidẽ est exitiosius stomacho q̃ coitus, si uel saturo uel esuriente cõcumbamus. Cum enimuero famelicus, uino ciboq; refertus, conualescens, Phlebothomatus, purgatus, fluidus, tristis, iratus, atq; quouis labore laxatus, corpore grauatus, membrũq; tandem prostratus coitũ omnino præcauere præsumat, ne in maius deueniat interitus periculum, quouè perpetrato toto sese caueat conatu omni ab aëre externo & corrupto, maxime nocturno, putrido, & exiciali horam per integram ad minus.

Illicitum.

Licitum.

DE ANIMI ACCIDENTIBVS.

Caput. XIIII.

ANIMI ACCIDENTIA MAGNAM PLAE rumq; conferunt partem, cōplexionem ad resti tuendam deperditā. Ea certe quanto melior tanto animi affectiones puriores sunt, tranquilli & securiores. Sapientis aūt animus, cœlum ueluti serenitate præditū purus & tranquillus est, ergo & securus: Cum animi securitas ex loris ac frenis affectibus iniectis, & tranquillitate cōstat, spe salutis suggesta. Euidens .n. euasionis confidentia cuiuis hominū tam incolumi q̄ patienti salutaris existit. Luctuosa uero & utcūq; desperata nihil exiciosius uita. Hilaris itaq; animus, mediocre gaudium, gratū colloquium, delectabilis deniq; historiarū cōmemoratio, atq; pictura, ut diurnæ pignora uitæ longæuam pollicentur uitam. Nec non suauis uocum concentus, ac grata instrumentorū musicaliū modulatio, lætum, hilarem, & placatum reddunt animū. Quoniā quidem aromata ceu odorifera spiritū uitalem, sic etiā concentus harmoniaci animalē nimirū oblectant, refocillant, & sustentant affectum: propterea q̄ hominem harmonia constare diuinus asserit Plato. Modus tamen ubiuis gentium est obseruandus, citra quem referente Horatio nequit consistere rectum.

Frequens igitur timor, tristitia, odium, imaginatio, fantasma, atq; grauis melancolia tp̄e pestis est fugienda,

nam

nam cerebrum ualde exiccant, & spiritũ subtilem, id est, calidum, lucidũ, & purum sanguinis subtilis uaporem ex cordis calore, subtiliq; sanguine procreatũ inficiunt, infrigidant, & tandẽ corpus exterminant. Exinde æthici & phthisici facti, omnẽ totius corporis medullam & uires perdimus, eoq; leuius peste inficimur. Quamq̃ tempore salubriori insignẽ & laudabilem nõnunq̃ consequantur effectum. Quodam. n. semel Paduæ in quartanæ paroxismo iaciente, ignisq; suas cõcremaret ædes undequaq;, sic ut pensaret ab igne nequaq̃ euadere posse, sese quadam à fenestra præcipitando, & à quartana et ab igne liber euasit, pristinamq; ad sanitatẽ est redactus: Et hoc non nisi ex infrigidante timore, estuationem febris fugante. Haud ergo abs re experti medicorũ uiri in quartanæ cura super infirmos, abscisis dentibus serpentes proijcere docent, Talemue sub cautione quendam in fluuium præcipitare. Aut euaginato (iuxta Rasim 7. continentis cap. de quartana) talem inuadere ense.

Nimia insuper iracundia, furor, amor, & gaudium aëre infecto euitetur. Calorem. n. innatũ circa cor accendunt, et spiritũ sanguinis subtilem feruidũ efficiũt. Ex quo febris facillime subsequitur pestilentialis, & ut plurimũ subitanea & repentina mors. Valerio Maximo attestante lib. 9. de mulieribus filiũ & maritum in Cannensi bello extinctos audientibus, dummodo uero

in excogitate mulieribus occurrissent, in ipsorũ expiraueruntamplexu. Idcirco sapientiß. medicorũ Hippocrates harum rerũ sciens, sui ne parentes ob eius lætissimũ sapientiæ aduentum nimio præ gaudio extinguerentur nunctiũ præmiserat, ipsum oculorũ lumine priuatum fore prænunctiantẽ, ut hæc parentum lætitia cõtemperetur tristicia. Iracundia uero ebulientis effectũ, quodam in milite ex caliditatis innatæ defectu fermè consumpto expertum habemus, quo in milite medicus quidã peritus tantũ fecit ad iram prouocari, q accenso & fortificato iræ calore sanus euasit. Hoc idem effecit Iosephus medicus admodũ expertus in Tito Vespasiani filio frigidis ex humoribus penitus contracto, ad eundẽ capitalem accersiendo inimicũ, quem sui plusq̃ ipsum uenerari fingebãt amici, quo tanta cõmotus ira, ut fortificato ex ira calore ueterẽ adeptus est incolumitatẽ.

DE PESTIS REGIMINE MEDELAS PER præseruatiuas & curatiuas obseruando. Cap. XV.

CORPORA CVM NOSTRA IMPVRA, mali chimi, & excrementis referta, morbus hic tanq̃ immundus spiritus, fœda & obscœna perambulans loca, ac si ignis leuas stipulas & sulphura nactus comburit et exterminat (Pueris ut plurimũ ob gulositatem crapulæ deditis: & fœmellis peculiarẽ ob humi-

ditatem; nobilioris quoq; cōplexionis sanguineis; simili ex caussa ac colericis, q, facili succensioni materiā feruori præstent magis insidiatur pestis) uariæ sunt præseruationes, & remedia, quibus contra pestis insultationem pro uiribus munimur, quorū potißimū (sicut Galenus 3. Tegni, & primo de differentijs febrium cap. 5. testatur) est corporis dispositio, superfluis ab humoribus nociuis aliena, sequestrata, atq; penitus desiccata. Summū & efficacißimū tam præseruationis q̄ curationis ingeniū Auicenna regio medicorū teste prima quarti, doctrina quarta ca. de febre pestilentiali, est humorū exiccatio, quæ sobrietate & abstinentia omniū medicinarum matre fit. Qui namq; abstinens est, adijciet sibi uitam Eccl'os. 37. Ieiunio quoq; pestes curantur corporis contagiosæ inquit ingenuus heros Diuus Hieronymus ad Demetriadem.

Totū præseruatiōis & curationis negocium.

Nec nō et castitas certe ab intoxicationis peste præseruat, propterea q, actus uenereus scd'm Auicen. etiāq; Galenū locis in præ allegatis corpus ad pestis malignitatē disponit, ablata igitur caussa, auffertur et effectus, Ab eadē tandē præcautos reddit, ex præfatorū testimonio phlebothomia et solutio, seu uentris euacuatio, non tamen subitanea et repentina deiectione, neq; etiā forti. Moderatum quoq; exercitiū, tpatus uictus, morigerata uita, euitatio cōtagionis, elongatio, corruptiōis, et tarda reuersio, fugiamus itaq; longe, tarde reuertamur.

Maiorem tamen propter cautionem, dummodo scilicet necessitate urgente nos interdū permansuros, sistere gradum, ac figere pedem cogimur, semp ultra quattuor quinq; uel sex dies has sequentes deuoramus pillulas Ruffi, uitæ, sine cura, uel pestilentiales, seu cōmunes à Ruffo ueteranorū medico dispensatæ, uitamq; omni sine cura à peste (unde sibi nomina usurpāt) cōmuniter

Pillulæ pestilentiales ~~uideant~~ Videant

saluantes Re. aloes hepatici electi ℥ ij. mirræ electæ ℥ i. croci orientalis ℥ s. Quamuis huius plus artis ~~sint~~, qui efficacissimis solent addere rationibus Agarici præparati, boliarmeni aā. scrup. i. reubarbari electi, terræ sigillatæ aā. scrup. s. masticis gra. 6. Incorporentur cum uino albo odorifero, & fiant pillulæ in forma lendium. Quarum semp ultra quintū, sextum, uel septimū diem mane ieiuno stomacho, uel dormitum eundo digestione celebrata, quinq; uel septem deglutiantur pillula.

Pillularū cōmnium uirtus.

Hæ Pillulæ ab humorū putrefactione nimirū præseruant, corrupto ab aëre defendunt, cerebrum, pectus, & stomachum mundificant, utranq; colerā cum pituita educūt, ab alijsq; superfluis et corruptibilibus humoribus liberant, caniciem retardant, memoriam, uisum, & stomachum confortant, catarrum nouū, & antiquum, dolores uentosos, materia ex frigida in quauis corporis parte genitos remouent, intestina mundificant, uermes eijciunt, costarū dolores deprimunt, renulos à calculo purgāt, corpus tandem à putredine peculiari na-

tura ingredientium præseruãt. Et si contingeret aliquẽ à pestis morbo intoxicari, q̃ primũ minuat. Dein ab eis iuxta earum quantitatẽ aut patientis sexum uel uirtutem, undecim, tredecim, aut quindecim plus uel minus deuoret, indubitato à peste liberabitur. Auensoar enim Ruffus & Rasis se nunq̃ uidisse aiunt, qui hoc usus medicamine à peste nõ sit præseruatus uel curatus. Ex quo igitur q̃ præseruant, liberant, & putrefactioni opponuntur singulare habent prærogatiuũ tempore epidimiarum, ex potentia earũ sopita, quæ per calorem corporis naturalem (ipsis deglutitis) reducitur ad actum, siue ad assellationes operentur siue non. Reffert namq; Valestus lib. 7. ca. 9. Nullum eorũ periclitasse in septem uel octo pestiferis epidimiarum tempestatibus qui ipsis usus fuerat.

Egestiones uero induratas hisce uel cõsimilibus cum pillulis aluum subtrahere uolenti intestina ad eluenda, harum unam deglutiat dragmã, maxime aluum habens ad cõmouendam difficilem: Et nõ nisi dies per quindecim post earũ dispensationem ac cõpositionem, nulla altera eo die medicina uel theriaca absorpta deuorentur. *Alluũ subducendũ.*

Electuarium ex ueteribus per q̃ accurato comportatum studio præstantißimũ, tam præseruatu q̃ curatu ualde expertum Re. radicis diptami albi, tormentillæ, pimpinellæ, zedoariæ, angelicæ añ. ʒ i s. Sc. ozimi, citri acetosi. croci, añ. ʒ i. coriandri præparati, corticũ citri,

cinamomi electi añ.ʒ s. boliarmeni præparati, terræ si-
gillatæ añ. scrup.i. Specierum dia rodon abbatis, san-
dalorum omniũ, nucis uomicæ añ. scrup.i.s. oßis de cor
de cerui, rasuræ eboris, pulueris unicorni añ. scrup.i.
margaritarũ splendidarum, coralli rubei, granati añ.
scrup.s. saphiri, smaragdi, iacincti añ. gra. 6. campho-
ræ gra. 5. folia auri numero iiij. musti gra. iij. theriacæ
Andromachi ueteris ad pondus omniũ. Hæc omnia cõ-
miscenda ultimata cõtritione cum sirupo de acetoß. ci-
tri & conß. bugloß. añ. q. sufficit, incorporentur &
fiant electuarium.

Cuius dosis ad præseruandũ sufficiat unius auellanæ
quantitas. Ad curandũ uero ʒ i. cum aqua acetosæ, aut
uino albo odorifero secundum pestiferæ qualitatis exi-
gentiam, aut & pacientis competentiam cõmixta.

Potus frigida in caussa calefactiuus præseruatiuus,
& curatiuus, quo nobilius, salubrius, & certius nihil
Re. florũ anthos, mellißæ, boraginis, añ. quartã partẽ
M i. foliorũ saluiæ, ruthæ, buglossæ añ M s. radicis che-
lidoniæ Vnc. i.s. Aristologiæ rotundæ, enulæ cãpanæ,
zedoariæ, diptami añ ʒ ij. serpentariæ, gencianæ, im-
peratoriæ añ ʒ i. s. Been albi & rubei, sandali albi &
citrini, ligni aloes añ. ʒ i. croci scrup.i. cãphoræ scru.s.
Boliarmeni, terræ sigillatæ, masticis añ. ʒ i s. coriandri
præparati, grana paradisi, cardamomi añ ʒ i. Granorũ
iuniperi M i. nucum cõmunium italicarum numero iij.

oßium de corde cerui ʒ s. ſpecierũ E. de gemmis calidis ſcrup.i.theriacæ Andromachi ueteris Vn.ij. Omnibus in mortario puluериſando contuſis in unam uini ſublimati optimi menſurã infundantur cum dimidia, quibus in uaſe cõmixtis uitreo exacte cooperiatur, & uſui reſeruatur. Si uero aquã uitæ exoptaremus puriorẽ una addatur uini ſublimati menſura, uel ſpeciebus augmentatis plus, et diſtilletur ſecundum artem. Cuius doſis ad præſeruandum una ualet nucis Italicæ teſta eo referta. Ad curandum uero Vnc.s.magis uel minus iuxta complexionis, atq; ægritudinis intoxicatæ & infrigidantis diuerſitatem. Potus calida in cauſſa infrigiditatiuus præſeruatiuus et curatiuus penes ueteranorũ medicorũ Antiſtites ſecreto pro ineffabili habitus Re.florum roſarum rubearũ, ſticad.arab.bugloß.añ.quartã partem M.i. foliorũ ſaluiæ, rutæ, acetoſæ, acetoſellæ añ. M.s. Radices acetoſæ Vn.i s. auriculæ muris, angelicæ, pimpinellæ, tormentillæ añ.ʒ ij. Arnogloſſæ, bethonicæ, ſigilli ſalomonis, ualerianæ añ.ʒ i s.nucis uomicæ & muſcatæ, ſandalorũ omniũ, corticũ citri añ.ʒ i. camphoræ ſcrup.i.croci ſcrup.s.Boliarmeni, terræ ſigillatæ, coriandri præparati añ.ʒ i s.ſpodij, doronici, maſticis añ.ʒ i cinamomi, gariophilorũ, zinzib.añ. ʒ s.Baccarũ M i. Raſuræ eboris ʒ s. Specierũ E.de gẽmis frigidis ſcru.i. nucum uſualiũ italicarũ numero iij. Scindenda ac contundenda groſſo ſcindantur ac contundantur modo.

Quibus desup ad ollam impositis uitreatã, duæ in super dantur aceti rosacei mensuræ: Quæ lento utpote igne, ollaq; apprime perlutata ad tertiã usq; decoquantur cõsumptionis partem. Sin aũt hunc decoctionis potũ artificiosius, aut efficatius ac sincerius quis affectaret præparatum addat aquã acetosæ, & uini sublimati añ. lib. i plus uel minus iuxta augmentũ seu decrementũ specierum, & distilletur per alembicum. Huius dosis in præuisionem coclear unum pro uiro, dimidiũ uero pro muliere sufficiat. In actu autem curationis capiat mulier Vnc. i. Vir. Vnc. ij. plus uel minus iuxta pacientis cõplexionem, fortitudinem, seu debilitatem per æstuationis modum fluctuantis inuersam.

Puluis & præseruatu & curatu apud Appollineæ artis fœlicis ingenij uiros approbatißimus Re. diptami, pimpinellæ, zedoariæ añ. ʒ i. bethonicæ, scabiosæ añ ʒ s. boliarmeni præparati, terræ sigillatæ, tormentillæ añ. ʒ i. cinamomi, coriandri præparati, macis añ. ʒ s. Aloes hepatici, mirræ electæ, masticis añ. scrup. i. Se. endiuiæ, ozimi, aquilei añ. ʒ s. Karabæ, cãphoræ, croci añ. gr. 15. limaturæ eboris, pulueris unicorni, spodij añ gra. xij. specierũ liberantis, iacincti, rubini añ. gra. x. foliorũ auri numero 5. ambræ grisæ gr. iij. Cũctis illis minutißime in mortario puluerisatis admisceatur zuc. optimi subtiliter contusi ad pondus oĩm. Cuius in præseruationem capiatur penes diuersitatem personarum

ʒ s. uel ʒ i. In curationem uero Vnc. s. plus uel minus.
Confectio præterea hæc admodum preciosa atq; saluberrima ex utraq; parte sumpta, haud minus præseruat & curat Re. boliarmeni præparati ʒ i s. terræ sigillatæ ʒ i. cinamomi, gariophilorũ añ. ʒ s. tormẽtillæ, zedoariæ, diptami añ. ʒ i. calami aromatici, nucis muscatæ, angelicæ añ. ʒ s. corticum & se. citri excorticati, Se. acetosæ, abrothani, mirti añ. scrup. i. sandali citrini, oßis de corde cerui, xiloaloes añ. ʒ s. croci orientalis gra. 15. fragmentorũ coralli albi & rubei smaragdi, granati añ. gra. 11. limaturæ auri & argenti, serici crudi añ. gra. 10. spicæ gra. 4. musti gra. 3. His omnibus ultimata in mortario contusis contritione addatur zuccari penidiarum ac taberset in aquis saluiæ, acetosæ, & buglossæ añ. q. suff. dissoluti, fiat confectio in morsellis uel rotulis. Huius ad præseruandum sumatur penes hominis sexum, ac complexionis uirtutem morsellus unus, seu ʒ i. uel ʒ ij. Ad curandũ uero Vnc. s. uel ʒ sex, plus uel minus.

DE DIVVLGATIORIBVS ET PRAESERuatiuorum & curatiuorum remedijs.

Caput. XVI.

MEDICAMINA INTER VVLGARIA omniũ tam præseruatiuorum q̃ curatiuorum præsentißima ad summũ preferuntur pillulæ Ruffi, uu

nes, seu pestilentiales secundũ Mesue descriptionẽ, omni absq; aliorum additione dispensatæ. Re. Aloes hepatici electi ʒ ij. mirræ lotæ, croci orientalis añ. ʒ i. fiant pillulæ cum albo uini odorifero; Vel cum sirupo de acetositate citri in lendium forma. Quarum quinq; uel septem bis quauis in hebdomada, ante uel post cœnæ pastum digestione celebrata, auroraue instante, ieiun o deuorentur stomacho indubitato in præuisionem conducent. Morbo autem pestis cõtagioso oppressus, euestigio minuat, desuperq́; earum scrup. i. uel scrup. ij. deglutiat, plus uel minus iuxta infecti uirtutem seu debilitatem.

Theriaca uero cũctis in hebdomadibus bis sub unius integræ dragmatis uel semidragmatis pondere (æstate ex aqua rosarũ, hyeme uero ex uino) ph ebo iã ad hemisperij nostri horisontem suis cum radijs ascendendo pertingentem absorpta præseruare atq; curare perhibetur, quod omneis uno testantur ore medicorũ antesignani, maxime Auicenna refferente. Et de illis ait, quibus ex ea fit euasio, est theriacæ & metridati administratio, reliquo cum regimine bono, & de medicamine ex aloe, croco, & mirra facto. Quidam igitur haud inartificiosum administrandæ theriacæ persuadẽt modum, quatenus senibus & adultis theriacæ magnæ Andromachi ʒ i. croci, & sinapis albi añ. scrup. i. quibus simul contuss. in uino exhibeantur albo, febribus cum uacuis nedũ quicq̃ perpessis. Infectis uero ex aqua

Laus theriacæ, metridati & pillularum pestilen. ab Auicen.

rosarum uel acetos. (phlebothomia tamen præmissa) potando administrentur, coopertiq; desuper sudent. Imbecillioribus tandem, pueris ac fœmellis offeratur theriacæ scrup.ij.croci ac sinapis añ.gra.Vij. Eo tamẽ die, ab omni re penitus est abstinendum calida.

Metridatum eadem in dosi securiusq; offerri concedimus. Theriacam autem sanis crebro exhiberi corporibus Auerrois prohibet. Effectus tamẽ eius efficatior est metridato. Si saltem theriacen Andromachi correctam & ueram (falsa namq; ut plurimũ stupidus decipitur mundus) apud pharmacopolas quosdam, seu penes aromatariorũ empericos deprehendere phas est.

Electuarium itaq; de ouo ob præscriptũ exhibendæ theriacæ modum quouis auctore repertum satis efficax est, quamuis cõmunissimum, est tamen præseruatu & curatu efficacissimũ remedium, non certe ut emperiorũ quidam deceptores ex nummorũ auaricia falso conficere soliti, uerum ut nos ipsi accuratissimo admodũ hinc dispensauimus studio Re. ouum recens, quod ab una cõfrangendo perforetur apicis parte, unde albumen eliciatur, luteo seu uitello intus remanente, loco cuius imponatur replendo tantum croci non puluerisati quousq; totum obduretur, & alia cum oui testa fermento perlutando, dein assetur ouum donec testa candore perdito parumper rubuerit, totum hinc una cum testa in mortario conteratur, quousq; testa oculis percipi nequit,

Postremo Re.se.erucæ tantundem quantũ ouum in pulueres contusum ponderat, radicis diptami albi, tormentillæ, pimpinellæ, zedoariæ, angelicæ, aristologiæ rotundæ añ.ʒij.nucis uomicæ ʒi.croci ʒs.theriacæ electæ ad pondus omniũ. Contundenda minutißime contundantur, & misceantur ad inuicem, & temperentur in mortario donec pistillo adhereat, & fiat electuarium. Cuius dosis in pisæ magnitudine sumpta præseruat. Eiusq; ʒi. in uino albo, uel aqua acetosa dissoluta atq; ingurgitata, desuperq; sudando, curat.

Puluis omnium saluberrimus, mirabiliter præseruans & curans Re.pimpinellæ Vnc.i. granorum iuniperi Vnc.semis tormentillæ, diptami, aristologiæ rotundæ, zedoariæ, añ. ʒij. boliarmeni, terræ sigillatæ, mirræ electæ, nucis uomicæ añ. ʒi. serpentariæ, bethonicæ, scabiosæ, angelicæ añ.ʒis.corticum citri, se.citri, abrothani, croci añ.ʒi.cinamomi, macis, zinzi.añ.ʒs. camphoræ scrup.i.spicænardi scrup.sem. Redigantur conterendo in puluerem. Quod si pulueres abhominabiles assumendi forent simplum aut duplum quantum est specierum zuccari addes, ut sint in modum trageæ sapidiores. Vel sumatur prædicti pulueris Vnc. i. & cum zuccaro albiß.lib.semis in aqua uel succo acetoso dissoluti, formãq; confectionis solidæ in rotulis uel morsellis formentur. Vel admodum electuarij liquidi capiatur ad Vnc.i.specierum, & ad Vnc.s.theriacæ Vnc.x.

zuccari. Cuius tantum in pulueris forma bis in septimana orto iam sole ad præuidendum sumere competit, quantum tribus arripere possumus prioribus digitis, duas uel tres desuper ieiunando horas. Ad curandum uero coclear unum (Phlebothomia iam celebrata) uel in uino uel in aqua acetosæ sumptum sanitatem recuperat. In solidia uero confectionis forma dosis ʒ i. uel ʒ ij. præseruant. Vnc. i. curat. In forma tandem electuarij liquida, quantitas articuli prioris digituli minoris sumpta præuidit, quantitas autem unius integri digiti incolumitatem corporis priorem restituit.

Operæ precium igitur est cuiusuis præseruatiui alternatis sumendi diebus dosim (ne unius & eiusdem frequens usus in diurnalem uergatur cibum) indies ad manus habeamus. Vel eorum loco quottidie aëre pro infecto anteaq̃ ædes egredimur nostras uicißim in ore masticendo teneamus, uel frustum electa de zedoaria, aut angelica, pimpinella, uel bethonica &c. Altera uero dierum aliqua masticendo deglutire iuniperorũ grana, in uini aceto infusa. Metridatiue parumper seu theriacæ penes auellanæ utpote magnitudinẽ in uini aceto dissolutæ stomacho absorbeatur ieiuno.

Omnes attamen pituitosorum catarrosi, capita habentes fluoribus referta, pectora imbecillia & stricta, neruos debiles, molles, & laxatos in odoramentis, cibarijs, & medicaminibus frequentem aceti usum fugiant

præmonco. Verum aqua rosarum muscata superius in de aëris rectificatione cap.iij. descripta undequaq; nobilißima quocumq; anni tempore æqua utatur lance ad faciem, pulsus, tempora, naresq; lauandas. De qua loco quo supra diffusius edocebimur.

DE VERMIBVS. Cap. XVII.

EIVSDEM CERTE QVIBVS ADVERSVS pestis luem utimur remedijs præseruando scilicet & curando uermibus medemur, hac in pestis ægritudine plærumq; generari solitis (ut supra ostensum est) qui sua putrefactione seua solent ut plurimum mouere accidentia. Hinc curam non tanq̃ accidentis uerũ ut semper suspectæ caussæ ad se uertunt. Iste igitur puluis tantopere laudatur, hoc in pestis regimine. Re. centonici per diem fortißimo in aceto infusi, boliarmeni in aqua rosarum loti, diptami añ. Vnc. sem. pimpinellæ, serpentariæ, enulæ campanæ añ. ʒ iij. Rasuræ cornu cerui usti, tormentillæ, terræ sigillatæ tunici, añ. ʒ ij. corticum citri, coriandri præparati, se. caulium, citri añ. ʒ i. oßis de corde cerui, rasuræ eboris, margaritarum añ. ʒ sem. gentianæ, se. cimini, hipericonis añ. scrup. ij. fragmentorum saphiri, iacincti, smaragdi añ. scrup. i. pulueris unicorni scrup. sem. ambræ gra. 5. scindenda ac contundenda minutißimo contundantur modo, & fiat puluis. Cuius dosis pro pueris est drach. semis pro adultis ʒ i.

Exhibeaturq; in portulacæ aqua, uermes euestigio enecat, nonnunq̃ & expellit.

Vnctio admodum efficax uermes ad interficiendos Re. olcorum de mastice, de absinthio, amigdalarũ amararum añ. Vnc i. sem. aloes hepaticæ, gentianæ, absinthij, nigellæ, tormentillæ, diptami, zedoariæ añ. ʒ i. fellis thauri, baurach. se. portulacæ, acetosæ, citri, coriandri añ. ʒ sem. cornu cerui usti scrup. i. limaturæ eboris scrup. sem. serici combusti gra. 5. conterentur in mortario minutißimos in pulueres, & prædictis cum oleis atq; cera q. sufficit fiat unguentum: quo cum inungatur stomachi orificium: furculæ portanella, nec non & tota pectoris regio, mammillãq; circum circa sinistrã.

Enema undequaq; mulcebre, uermes inferius ad pelliciendos conducens Re. Sebesten numero 20. buliant in sufficienti aqua quousq; intumescant, manibus in eadem fricendo aqua ut excat succus. Cuius accipiat si est puer cyathus huius aquæ unus, in qua dissoluatur zuccari rubei Vnc. i. mellis crudi coclear medium, butirĩ recentis Vnc. i sem. salis ʒ i. uitellum unius oui, fiat Enema per clisterẹ inijciendum.

DE PESTIS REGIMINE MODVM PER curatiuum abigendo. Cap. XVIII.

CVRAM ITAQVE A SOLO DEPENdentem Deo auspicaturi, cum ipse languorum

omniũ ſolus & unicus ſit curator, eius inprimis opem ſupplices deprecémur. Cumq; attroces ſint huius ſeuæ febris effectus, ſpiritus ſcilicet uenenoſitate corrumpere, humores putrefacere, medullitus urere, ac foris corpus per uniuerſum ſuccendere. Qualitatibus putredini contrarijs frigiditati & ſiccitati innitemur res naturales omnes ad frigidum & ſiccum declinantes, feſtinando ad humorum euacuationem, alterationem, digeſtionem, atq; membrorum omnium confortationem. Sine quarum robore, confortatione per totũ curæ tempus, ac ſpirituũ regeneratione neceſſaria paulo proficiemus. Hæc autem debito aſſequemur uictu, altero tanq̃ oculo uires ægri emenſuri, altero cauſſam morbi contemplaturi. Cũ itaq; longæ conſultationi, ex præcipiti occaſione locus nõ ſit ſingula breuibus perſtringemus, hoc præmonentes, quatenus quiſq; quoad fieri poteſt, regimine utatur præſeruatiuo, ſine quo cura plærumq; eſt irrita: Auraq; ſpirituum fomentum mox per habitationis noſtræ locum aromatum ſuffitu rectificetur.

Neceſſaria cõtemplanda.

Si quem deſup morbus epidimiæ peſtilenticus, toxico quodam ſignorũ inditio ut præmiſimus inter prandendum ſeu cœnandum uictriculo adhuc referto inuaſerit; illico uomendũ eſt. Ante uomitum tamen iudeorum theſauro hoc eſt balſami oleo, uel uetuſto ſcorpionum oleo illiniatur pacientis cor, manuũq;, pedum, ac temporũ arteriæ, nec non & præ oĩbus intoxicationis enatum

Teſaurus Iudeorũ.

ventriculo

enatum inungetur apostema. Sin autem mane & distanter à refectione & stomacho corruptus fuerit uacuo à uomitu abstineat: Verum parumper antidotorũ præcedentium paulo supra descriptorum, eorum iuxta dosim & pacientis fortitudinem seu debilitatem ægro tribuere desupq́; aliquantisper ieiunandũ necessum est. Dein enema per clistera inijciatur, epithimata et sacculi cordialis applicentur. Quibus fatigatus ac debilitatus tantisper quiescat æger, interim supra recensiti medicaminis iterum quid capiat, desuperq́; unam uel duas ieiunet horas. Leuiori tandem, pauco, uario, & iuuantiore, ægrum crebrius foueri cibo, qui boni succi & facilis sit concoctionis uti prælibauimus. Qui enim bene se habent ad oblata, ac supra uires appetentiæ cibum insumunt, hos bona salutis spe euasuros pollicetur Auicenna. Neq; faciendus est æger magna ciborum quantitate. Multus enim cibus digestioni inobediens exiguas ueluti flammas uiridium lignorum rogus extinguit. Salutis spes.

Pauca admodum mora intercepta Phlebothomiam aut pharmaciam consequenter discutiendam intrepidi tentamus, nulla temporis habita ratione, etiamsi in meridie, seu deciduo sole, uel in noctis conticinio, occasione præcipiti urgente, illico obtemperandum proderit. Præterea non longe uenam post incisam, electam exhibeamus Andromachi theriacam, aut medicinã quempiam desuperq́; ieiunando sudorem omni absq; ægro-

tantis somnolentia plus sex horarum spacio mollibus sub linteaminibus extergendo eliciamus. Hinc uestium onere partim deposito, ægrum aliquantisper ad refrigerandum, eundemq; ad reficiendum gallinæ brodium sorbileue hordeatum, aut aliud consimile administremus obsonium, aquam hordeaceam desuper uel alium infra descriptum pariformem potui propinantes liquorem: Sitemq; inter sudandum crebro instantem confectione manus christi, aut Zuccaro rosato, seu quouis alio confectionis seu electuarij confortatiuo blandiendo eluentes.

Et ut compendiosius hunc perstringam de pestis regimine curatiuo modum, uarijs (à phlebothomia et assumpta theriaca 12. horarũ spacio, uel ad aurorã usq;) colloquijs & ingenijs à somno reuocandus est æger. Nullus enim primo dierum proderit somnus, ad instantem usq; alterum (constante uirtute) diem, materiam namq; ueneni ad interiora corporis membra agit intoxicantem, cuius oppositũ uigiliæ operantur. Diuersis igitur rerum delectabilium confabulationibus bonã suggeramus spem ægroto. Consolantes utpote ægrum, qui olim ex cruenta ueluti cede reuersi pestilitatis euaserimus periculum, securitatem & euasionis salutarem persuasuri gratiam. Nec non & alijs concinnis somno à ueternoso et profundo prohibeatur dehortationibus, increpationibus, clamoribus, strepitibusq; dolorosa

Sõni atq; uigiliæ infectorum operatio

membrorum fricatione, aurium, nasi, ac pilorũ uellicatione. Spongia etiam acerrimo imbibita aceto calide naribus admoueatur. Ligaturæ insuper fortes, aliiq́; diuersionum modi euigilare facient.

Et quia morbus iste toxicus, ne uirtus (ut mortis præco) deficiat, motum ægro prorsus interdicamus ex postulat, hinc maxime qui dũ erigitur, cordis pulsum, aut tremorem, et animi defectionem facillime incurrit, nisi ꝙ eodem die in tertiũ usq; habitaculum (ubi in quo uis aër prius rectificatus fuerit) deferri ac cõmutari potest. Vnius enim cameræ aër continua mansione tantopere infectus de facili corrigi nequit. Versus noctem uero sirupo præaccepto digestiuo matutinas adinstantes purgationes (iuxta cuiusuis solertis & exquisitæ diligentiæ medici consilium, uirtuteq́; pacientis consentiente) festinabit anhelandas. Ita ꝙ unius et alterius diei labor quouis dierum quicq̃ exhibendo iuste absoluitur, epithimatum utpote, uel sacculorum continuatione, in unctionum uicißitudine, crebra ciborũ restauratione, & confortatiuorũ oblatione continuando applicatis.

Motus intoxicato noxius.

DE QVIBVSDAM MEDELARVM INgenijs curatiuis, alteratiuis, & confortatiuis. Cap. XIX.

QVONIAM PRAELIBATOS IVXTA REI curationis canones, de inanitionibus materiam

ab exordio hic expostulat morbus, potißimum etiam ꝙ explectoria & cacochimia dependet. Et quia inanitionis modi plures sunt, quocirca à cõmunioribus exordiemur. Vomitus igitur euacuationis modus, naturæ haud parum molestus, qui non nisi sponte ueniat ac tollerabilis sit, citandus est. Si quempiam itaq; inter prandendum ac cœnandũ repleto oppresserit stomacho (ut paulo supra ostensum est) morbus, leui tentetur pharmaco, tepidiore scilicet aqua, cui parũ aceti cõmixtum sit, oleumq́; super infusum. Aut decoctione Isopi herbæ siccæ, corticumq́; raphani, asari, ciperiq́; radicibus añ. quantum libuerit, una cum largiore haustu oximellis simp. Vnc. i. digito aut pluma oleo præuncta, atq; pennicius in guttur misso uomitum citat. Bolus insuper armenus, terraue sigillata à cõcessationis initio præassumptæ, uomitu plærumq́; rursus eijciuntur.

Enema aluum ægrotantis astrictam molliens, phlebothomiam & pharmaciæ reliqua, præfatos penes canones præcedat, mali ne uapores cõmisceantur humoribus. Re. florũ camomillæ, melliloti, uiolarũ añ. M. s. maluæ, bismaluæ, brancæ ursinæ, lactucæ. mercurialis añ. M. i. Se. lini, anisi, feniculi, fœnugræci, furfuris, añ. M. s. granorum hordei crudi M. i. fiat decoctio in suff. q. aquæ ad tertiæ partis consumptionem. coletur. Re. huius colaturæ lib. i. In qua dissoluatur caßiæ extractæ, Zuccari rubei, terpentinæ añ. ʒ. 6, olei uiolacei,

anetini an̄. Vnc.i s.ſalis cõmunis ʒ i. Miſce pro enemate per cliſtere inijciendo. Ex ſolo etiam capitis caſtrati, uel carnium eius brodio, caßia, zuccaro cum rubeo an̄. Vnc.i.in eo diſſoluto, cumq; unius oui uitello, parumq́; ſalis, & oleo uiolaceo Vnc.iij.fiat enema.

Epithima ſemper ſunt calido adminiſtranda modo, ſed quia madefacta mox infrigidantur, unde poros oppilant, hinc uirtus eorum penetrare nequit, quo circa ægrotis multum ſunt moleſta. Pecia igitur ſcarlati ſæpius in eo intincta cordis regioni calide applicetur, qua exiccata ad lubitum rurſus calide applicari haud abſurdum ſentio. Hoc ſequens igitur ſingularis efficacitatis epithima, eo in peſtis caſu nimirum proderit Re. Aquarum roſarum, uiolarum, nenupharorum an̄. Vnc. ij. boraginis, bugloſſæ, melliſſæ, uini maluatici, roſarum aceti an̄. Vnc.i.ſandalorum omniū, corallorū rubeorū, margaritarum, ſpodij an̄.ʒ s. ſe.acetoſæ, ſcariolæ, baſiliconis, citri, an̄ ſcrup.i. fragmentorū iacincti, ſmaragdi, ſaphiri, rubini granati an̄. ſcrup. s. camphoræ, gariophilorum, ambræ, croci an̄ gra.5. Contundenda ſubtilißime in mortario contundantur, & prædictis cum liquoribus miſceãtur, fiat epithima, &. calide in pecia tamen ſcarlati madefacta cordis regioni ſepius apponatur anteaq̃ frigeſcat, quo frigefacto exiccetur, & rurſus ſi placet utatur modo quo ſupra. Vel fiat ſacculus cordialis ut moris eſt quadratus.

Sacculus cordialis Re. rosarum rubearum, florum nenupharũ, lambruscæ, ozimi gariophilati, coriandri præparati añ. ʒ ij. sandalorum omnium, coralli albi & rubei, spodij, margaritarum añ. ʒ. s. cinamomi, gariophilorũ, zedoariæ, macis, ligni aloes, corticũ citri, croci añ. scrup. i. camphoræ, se. acetosæ, ozimi, añ scrup. s. musti gra. 6. ambræ gra. iij. Hæc omnia grosso puluerisentur modo misceantur, et fiant sacculi duo quadrati in octo digitorum longitudine, & quinq; digitorum latitudine, panno cum serico russo retorti: cordisq; regioni calide sæpius applicandi. Ad quorum usum pacientis competentem, laterinus calefiat lapis, quo calefacto aqua aspergatur cordiali appropriata, supra cuius uaporem altematis quidem uicibus sacculi calefiant & uicißim applicentur.

Potum ægrotis aquam exhibeamus puram coctam rursus infrigidatam. Aut hordeaceam cum passulis decoctam, aurumq; ignitum in ea extinctum. Aut aquã zuccari cum cinamomo ebulitam. Aut lac amigdalinũ cum passulis extractum. Aegrotantibus secundũ uires deficientibus uinum administramus, aquis cũ distillatis cordialibus refrigerantibus dilutum. Nec non potum hunc sequentem confortatiuum Re. Sirupi acetositatis citri Vnc. i s. uiolarum, rosarum añ. Vnc. i. Conseruæ anthos, buglossæ, mellissæ añ. Vnc. s. specierũ aromatici roß. gariophi. nucis muscatæ añ. scrup. s. musti gra. iij.

Aquarũ rosarum acetosæ añ.lib.s.boraginis,buglossæ, scabiosæ añ. quartam i. uini electi lib. s. Misceatur fiat potus in modum iulep.

Potus alius magis refrigeratiuus,inflammationibus medetur omnibus, sincopi,uertigini,siti,uomitui, cordis pulsui, febrium deniq; caumati. Re.rob de ribes, de berberis añ. Vnc.i.succi arauciarũ,granatorũ,limonũ añ. Vnc.s.sirupi acetositatis citri,de nenupharis,rosato,uiolato añ.ʒij.camphoræ scrup.i. specierũ liberantis,cinamomi,macis añ.scrup.s. ambræ,gra.iij. Aquarum endiuiæ,acetosæ,roſs.añ.lib.s.boraginis,buglossæ melissæ añ.quartã.i.Misce.fiat potus in modũ iulep.

DE PHLEBOTHOMIAE CELEbratione. Cap. XX.

PHLEBOTHOMIA HAC IN CVRA OMnium medicorum iudicio necessaria creditur. Et tantopere inoleuit aperiendæ uenæ consuetudo, ut qui eiusdem disuaserit uenæ apertionem,iactura ægri super ueniente infamiam incurrat. Hisce igitur communibus regulis moderanda uenit. Si leui tractu malũ hoc absq; tumore atq; apostemate,sine grandi accidentium molestia ingruerit, maxime in delicatis puerorũ, puellarũ, fœmellarumq; corporibus,qui decimum quartum non dum sint nacti annum, aut in eis qui sexagesimum suæ ætatis excesserint annum perperam phlebothomiæ cõ-

Quibus sit phlebothomandũ necne.

ſulimus. In gracilibus inſuper, pallidis, nimium obeſis, raræ texturæ, & pure phlegmaticis, aut ſiccis confeſſo melancolicis. Nec non & in Venæ apertionem formidantibus, nec uenā qui aperuerint nunq̄, neq; dum horroris aut frigoris paroxiſmo detinentur, in his nō niſi immenſa cum præmeditatione ſup phlebothomiā temere audemus. Nequaq̄ etiam prægnantē primis in tribus menſibus, neq; cōualeſcentē longa ex ægritudīe ſecure phlebothomamus, metu imbecillitatis uiriū, et paucitatis ſpirituū qui temera facile reſoluerentur minutione.

Corpora prioribus contraria conditionibus, robuſta, integræ ætatis, & uiribus præſtantia, ſucci plena, ſanguinea, uel colerica, uenam porrigere incidendā extenſa iubemus manu. Si ergo peſtis ulcera ac puſtulæ ſeſe oſtenderint peſtiferæ, ſint in quacumq; corporis parte ſiue ab intra ſiue ab extra illico minuendus eſt ſanguis conſtante uirtute, & quanto citius eò melius, quocumq; ſigno ac aſpectu. Principalia namq; extant corporis membra (quæ & uitalia dicuntur) cor. ſ. hepar, & cerebrum, quæ ſanguine ab infecto q̄ facillime hinc inde manando mortaliter polluuntur. Eo inq̄ latere ſeu corporis regione ſanguis eſt minuendus (ſanguinem longe principalioribus ab nunc dictis membris diuertendo) ubi ſeſe apoſtema (omniū fermè medicorū conſenſu) oſtentauerit. Summopere enim præcauendum aiunt, ne è regione apoſtematis oppoſita ſanguis ex=

Quo minuendum latere.

trahatur. Bonus nāq; & sincerus de tali efflueret parte sanguis, & infectus in locum effluxi congregaretur cruor, & sic paciens ex utroq; intoxicaretur latere.

Quod si igitur pestis quoddam signum apostema seu pustula circa aures, in collo, aut sub mento sese ostentauerit cerebrum infectum esse prædicamus, uenam ergo cephalicam in manus superfitie inter pollicem et indicē eiusdem lateris incidendam, quo apostema abortum est edocemus. Eo uero in humeris aut nucha apparēte apostemate, sic iterum à cerebro propagatū præsagimus: Venam ideo basilicam, quā & hepaticā dicunt, eiusue uicariam saluatellam inter digitulū manus superficiei auricularē & annularē eiusdem lateris ubi apparuerit pustula adaperiendam iubemus. Cum autē sub astellis, uel aliunde sub corporis seu brachijs huiusmodi pestiferum pullularet ulcus, à corde subortū prognosticamus: Venam idcirco cōmunem, seu medianam eiusdem lateris phlebothomandam perhibemus.

Quod si demum in ima uentris parte pubem circa, hipocundria, coxas, seu genua &c. quoddam extumore pestilitatis exulcerato, tanq̄ fulmine icti perperam sentiemus, infecto ab hepate euenire dijudicamus: Quocirca omni absq; dilatione ex pedis saphena, ante partis domesticæ pedis talum, eiusdem lateris seu pedis unde exoritur ulcus sanguinem hauriemus: Vel uena ex sciatica, quæ sub genu curuatura, aut pedicam inter

maiorem, & inter sibi proximã cruorem eliciemus. Si tandem & postremo ex lumbis aut femoribus exulceratæ huius diræ luis erumperent inflationes seu pustulæ, é renibus emanare testamur: Venam itaq; minimam penes pediculam & inter sibi proximã, in eiusdem lateris pede, quo huiusmodi genitæ fuerant pustulæ incidendam præcipimus.

Ambigua de infectione.

Vbi uero in ambiguo intoxicationis hesitaremus, audacter screationem prouocemus, si postmodũ quicq̃ doloris aut compunctionis eo in corporis loco senserimus, ubi nos arbitramur infectos. Etiamsi nullus usq̃ apparuerit tumor, toto tamen corpore (membris cũ prostratis) languente, capiteq; dolente, indubitato nos intoxicatos esse sciamus. Ab instanti igitur cruoris minutionem testamur celebrandam, eo scilicet quæ properã sentimus loco. Quamuis etiam nonnũq̃ compunctionis omnino nihil sentiamus, corpore tamen toto prostrato atq; languente, medianam feriemus uenam, ad cuncta transeuntem corporis membra, potißimum ad præcordialia seu pectoralia præ omnibus tutanda.

Præterea apostemate hoc temporis periculoso citra rationem et præter pharmaciã ac phlebothomiã subito euanescente, haud exilem (ad secundã cogitando phlebothomiã) ingenti cum periculo suspitionẽ facit. Sufficientem quoq; sanguinis copiam secundum ægrotantis complexionẽ ætatem & uirtutẽ educamus, ab Vnc. iiij.

ad Vnc. Vi. uel Vnc. Vij. usq;. Potißimum in plectoria sanguine habundante, ubi semp sex transactis horis reiteretur phlebothomia. Nigrior sanguis abunde fluat, roseus minus, pallescens illico obdurata cohibeatur uena. Dosis sanguinis mittendi.

DE CVCVRBITVLIS ET EMPLAstris apponendis. Cap. XXI.

QVIBVS VENAE INCISIO ABHOMINAbilis foret, cucurbitas siue uentosas phlebothomiæ uicarias (de quibus supra de inanitione & repletione) apponant. Ipsis. n. ad supremã colli basim applicatis cephalicæ uicem tenent. Infra spatulas medianæ: In lumbis ac natibus basilicæ: In pedum deniq; suris, sub eorundemue talis appositæ, saphenæ locũ habẽt. Postremo cucurbita quatuor uel sex digitorum latitudine ex transuerso sub apostemate posita, scalpello profundius acto uciosius copiose educitur sanguis, aut eo maior siciarum uentosa integrum comprehendens apostematis gippum toto ulceris conuexo scarificatione profundius uulnerato apponatur, & mirabilem uidebimus cruoris infecti emanantis effectum.

Emplastrum ad sedandũ apostematis dolorem, mollificatiuũ, resolutiuũ, mitigatiuũ Re. florũ camomillæ, hypericonis, melliloti añ. M. i. furfuris, fœnugræci, selini añ. M. s. cõmisceatur aceti, mell'. ac olei rosati añ. q. sufficit, decoquantur inuicem ad spißitudinem usq;, in

fine addendo uitelli ouorũ numero ij. & croci ſcrup.i. fiat emplaſtrum apoſtemati calidũ ſuperponendum.

Emplaſtrũ aliud multo mitius mollificatiuũ extreme à doctoribus cõmendatum. Re. Cæpe magnũ, uel pomum arantianũ, in quorũ concauitate coquatur ſub cineribus theriacæ electæ ℥ i s. ſuccus tandem cum pauxillulo aquæ acetoſæ, roſarum, uel uini addito extrahatur ebibatur. Et quod in extractione remanſerit, apoſtemati emplaſtretur parumper aceti addendo.

Emplaſtrum maturatiuũ quodcũq; apoſtema Re. radicis dia althcæ M.i. maluæ, brancæ urſinæ, abſinthij, añ. M s. ſe. lini, fœnugræci añ. p. i. Hæc omnia in uino buliant albo, deinde bene piſtentur addendo farinæ frumenti p. i. s. mellis, & olei cois añ q. ſufficit. fiat emplaſtrum ſecundũ artem, quod calidum ſuperponatur, quo frigefacto calidũ reiteretur priori emplaſtro proiecto.

Emplaſtrum attractiuũ pro delicatis Re. fermenti ueteris Vnc. ij. caricarũ pinguium numero x. paſſularũ mundatarũ q. i. ſalis nitri, aloepatici, radices ireos añ. ℥ ij. olei camomillini q. ſufficit, fiat emplaſtrum exquiſite in mortario conquaſſum.

Emplaſtrum mollificatiuũ, maturatiuũ, reſolutiuũ, mitigatiuũ, ruptorium, & extractiuũ Re. ſcabioſæ, ac ruthæ recentium añ. M. s. duos inter lapides ſuccum ad exprimendũ contuſis. Farinæ uolatilis, auenæ, furfuris añ p. i. uini aceti q. ſufficit, quæ oĩa cum unius oui uitello

inuicem agitentur donec condensetur ad modum pulmenti. Postea Rc. axungiæ ueteranæ Vnc. ij. theriacæ electæ Vnc.i. fermenti ueteris Vnc.s. ficuum siccarum numero iiij. croci puluerisati ʒ iij. cuncta illa cum præfatis in pulmentum agitentur, et fiat emplastrum, quod supra pannum subducatur laneum, apostematiq; bis in die recenter sex per integras applicetur horas, quanto calidius sufferre potest.

DE PHRENESI, SINCOPI, ET ANIMI defectione. Cap. XXII.


MENTIS ALIENATIO, SINCOPIS, ET uirium defectio in hac pestis clade nõ absq; immenso ægrotantis atq; administrantiũ piculo eueniunt. Veneni.n.uis ad cerebrum statim rapitur, sincopim & animi defectum inducens, mentem conturbans, rationẽ deniq; peruertens. Diligens igitur cura ne sibi aut alijs exitio sint adhibenda est, continue ad enema attractiuũ simul adq; diuersionũ oĩm conatus festinabimus fricationum scilicet, ligaturarũ uenarũ secationũ saphenæ primũ, hinc cephalicæ. Cucurbitas etiã natibus, præmissa scarificatione admouebimus. Viuũ quoq; columbũ, aut gallũ à tergo medio dissectum capiti apponimus raso. Ad præcauendũ ergo à pestilentiis huiusmodi accidentibus, spongiam acerrimo infusam aceto cũ aqua rosarũ mixto frequenter odoremus, frontẽ & tempora pecijs

Ingenia huiusmodi accidentibus adhibenda.

ſequēti in liquore intinctis muniamus Re. aquæ roſarū Vnc.iij.aceti roß. Vnc.i.olei roß. Vnc.s.boliarmeni in puluerem redacti ʒ iij. ſimul oīa quatiantur, & linei in eo madefacti panni, fronti & temporibus applicentur.

Faciem inſuper, frontē, tempora, nares, et brachiorū pulſus ſincopiſantiū, et animi defectum mortis præconē pacientium, nonnunq̄ aqua cum roſacea cui parumper gariophilorū, nucis muſcatæ, macis, camphoræ, croci, ambræ, aut muſti cōmixtū ſit irrigamus. Spiritus quoq; eorū, fragrantia odoriferorū, epithimatibus alteratiuorum, & ſacculis deniq; confortatiuorū alternatis refocillamus uicibus, cum carbunculo, iaſpide, iacincto, ſmaragdo, granato, corallo albo et rubeo collo adpenß, minus tamen de loco ad locū ægrotū hinc inde moueamus

Concluſio eſt neceſſariū. Hiſce itaq; ac cōſimilibus præfati noſtri conſilij armis ſupra diſcußis æmulo noſtro hoſtili peſtifero morā innectere poſſumus, quo tardius expeditionē paret, etiāſi parauerit uiribus ferè fractis, multominus moleſtiæ adferat, quibus etiam haſtas deuotionis noſtræ concutientes immanißimū peſtilitatis hoſtem indies tela uibrando intoxicata infeſtantē, potißimū omnipotentis Dei auxilio in fugam conuertere ualemus. In cuius laudem hoc de peſtis regimine conſilium, citra adulatorum aſſentationem, et præter æmulorum inuidiam fœlicem ſortitur finem. Chriſto nato. M.D.XXXIIII.



ERRATA.

Præliminari in eplã fo.1.linea 11.lege ἀπόφθεγμα pro ἀπόπθεγμος. Fo.2. linea 10. lege religiosorũ ꝑ religiosarũ. Fo.3.linea 16.lege acerrimis ꝑ acriminis.

Cap.I. fo.2.uerso.linea 17. lege reddimusq; ꝑ reddimus. Eodem, linea 24. lege portentuoso pro portentuosa. Fo.3.uerso.li. 13.lege quarundã pro quorundã. Eodem. linea eade in marginibus, lege Caussa ex ꝑ et.

Cap. II. Fo.1.uerso. linea 15 . lege infectorum pro insectorum.

Cap.III. Fo.1.uerso. linea 21. lege per parentesim (quæ flexiles nascuntur in aluo) Fo.2. uerso. linea 1. lege immanis pro inmanis.

Cap.IIII. Fo.2.linea 6.lege quæuis pro q̃uis.fo.2. uerso.linea 14.lege fiant pro fiat. Fo.3.linea 26.lege consentaneum pro conconsentaneũ. fo.3.uerso.linea 5. lege fructus ꝑ fructos. Eodẽ. linea 16. lege camphoræ pro camphora. Fo.4. linea 12.lege Radi. basiliconis pro basiliconis radi.

Cap.V.Fo.1.linea 4.lege sit pro fit.

Cap.VI.Fo.1.linea 8.lege suarum ꝑ suorum.fo.1. uerso linea 10.lege Cordubense pro Cordubenso. Eodẽ linea 15.lege Arnaldus ꝑ Arnoldus. fo.2.linea 3. lege concoctioni pro concoctione.

Cap.VII.Fo.1.uerso.linea 3. lege occlusis pro occlosis. Eodem.linea 10. lege esu pro eso. Eadem.lege squamosi pro squanosi. Eodem.linea 13. lege tincis ꝑ

tineis. Eodē. linea 25. lege endiuia pro endiuiæ. Fo. 2. uerso. linea 9. lege libere pro libero.

Cap. IX. Fo. 1. linea 21. lege hemorroidarum pro hemorroidorum. fo. 2. linea 4. lege exercij pro exexcij Eodem. linea 8. lege dirigit pro dirigat. Fo. 2. uerso. linea 7. lege anum pro annum.

Cap. XI. Fo. 2. linea 9. lege dimeciendi ꝓ metuendi.

Cap. XIIII. Fo. 1. linea 20. lege harmonia pro heremonia.

Cap. XV. Fo. 2. linea 14. lege Eccl'es ꝓ Eccl'os. Eodem. linea 26. lege tardeq; reuertamur ꝓ reuertamur. Eodem. fo. uerso. linea 9. lege uideantur ꝓ sint. Eodē. linea 26. lege pillulæ pro pillula. Fo. 3. uerso. lege Andromachi ueteris ꝓ noteris. Eodem linea 18. lege melissæ pro mellissis. Eadem. lege quartā pro quartis. Fo. 4. uerso. linea 1. lege uitreatam pro uitroatam. Eodem linea 22. lege rubini pro cubini. Eodem. linea 23. lege griscæ pro grisoæ. Fo. 5. linea 14. lege zuccari pro zuccaris.

Cap. XVI. Fo. 1. linea. 3. lege Ruffi communes pro Ruffitiones. Eodem. fo. uerso. linea 2. lege dispensatæ pro disponsatæ. Eodem. linea 7. lege ieiuno pro ieiunio. Eodem. linea 14. lege phoebo pro phrebo. fo. 2. linea 10. lege stupidus pro scupidus. Eodem. fo. uerso. linea 23. lege zuccaro pro zuccaris. Fo. 3. linea 25. lege neruos pro neruo.

ERRATA.

Cap.XVII.Fo.2.linea 21.lege clistere pro clistero.

Cap. XVIII. Fo.1.uerso.linea 22.lege uentriculo pro uuetriculo. Fo.2.linea 2. lege correptus pro corruptus. Eodem.linea 7.lege clistere pro clistero. Eodē. linea 8.lege cordiales pro cordialis. Eodem. linea.19. lege mora pro moræ. Eodem. fo.uerso.linea 8. lege sitimq; pro sitemq;.

Cap.XIX.Fo.uerso.linea 15.lege cōmessationis p concessationis. fo.2. linea 6.lege Epithimata pro Epithima. Eodem. fo. uerso. linea 14. lege alternatis pro altematis.

Cap.XX.Fo.2.uerso.linea 15.lege quo perperam pro qua properam.

Cap.XXI. Fo.1.uerso. linea 11.lege dialtheæ pro dia altheæ. Eodē.linea 13.lege pistentur pro piscentur. Eodem.linea 19.lege pugillum, per p.& nō per q.

Cap.XXII. Fo. 1. linea 13 . lege pestilenticis pro pestilentis.